TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1207_II**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

D'Appollonia S.

Scritti di Filosofia

1835=41.

II

1207

Scritti
di
Filosofia
1835-

II

207

Pars Topica —
Pars Cruistica.
Pars Apodictica.

D'Appollonia Sebastiano

Natura nobis semina scienzie dedit, scientiam non dedit

Seneca epist. 120

Fu questo l'anno, che qui in Udine infierì il Colera.

Acquisto $\frac{28}{3}$ 84.

2

Anno 1835-36.

Logica,

sive

Introductio ad Philosophiam.

Initium illius verissima est disciplinæ concupiscentia. = Sap. VI. 8.

Præfatio.

L'anno del Colera!

Articulus I.^us

Quid et Quotuplex Logica.

A.) Logicam illos dicimus habere homines, quos bene definientes, ratiocinantes, ac discernentes audimus; illos nempe quos bene intelligentes cognoscimus.

Logica itaque generatim spectata ex nostra sententia nihil aliud est quam cognoscendi modus, sive attentis regula. Quod autem in cognoscendo aliqua intersit regula sive modus, apparet, quod in quacumque cognitione homo vel affirmat aliquid, vel negat, hoc est ad adjudicat. Omne vero judicium unius rei cum alia comparationem supponit, ac proinde regulam sive modum.

B.) Homines insuper plus, minusve intelligunt, sive plus aut minus Logica bene utuntur, quin litteras didicerint, scholasque frequentarint. Ex quo manifestum est singulos homines, etiamsi illitteratos, aliqua tamen praeditos esse Logica.

Atque inter eos ipsos homines, quos Logica praeditos esse luculenter cognoscimus, dantur complures qui modos ipsos sive regulas cognoscendi distincte norunt, ita ut interrogati rationem reddere sciant de suis judiciis, hanc vel illam Logicæ regulam innuentes, qua usi sunt. Quod pariter luculenter demonstrat, praeter Logicæ usum dari etiam in ipsis indoctis aliquam Logicæ conscientiam. Quæ conscientia major utique in viris doctis dari debere satis patet.

C.) Quibus perspectis facile est cognoscere Logicam duplici sub aspectu spectari posse: quatenus nempe usurpatur, et quatenus ab hominibus plus minusve cognoscitur, atque animadvertitur.

Primo autem in sensu Logica appellatur Naturalis, scilicet regula cognoscendi nobis naturaliter insita. Atque hoc in sensu dicitur etiam Lumen Rationis, quatenus omnis definitionis, ratiocinationis, ac discursus sit ipsa radix atque fundamentum.

Aliud est Res: aliud est Usus Rei
Logica naturalis: Usus communis
Logica artificialis: Usus particularis.

Secundo autem sensu Logica dividitur in vulgarem, et artificialem. Prima discitur communiter vivendo ac conversando, atque aliter etiam appellatur Sensus communis. Secunda vero in Scholis ediscitur, ac proinde dicitur etiam Philosophia Rationalis, et Logica Scientifica.

Articulus II.us

Quæ sit Logicæ Utilitas, atque Præstantia.

A.) Quam magna vero est Logicæ utilitas ac præstantia!

Quinimmo Logica naturalis est omnino necessaria, cum sine comparatione, ac proinde sine regula nihil admodum cognoscere possumus. Unde commune est illud dictum: = Quod est incomparabile est incomprehensibile =.

Quapropter quantum interest oculos habere ad videndum, tantumdem hæc ipsa Logica ad quascumque veritates acquirendas est necessaria: quocirca merito dici potest oculus mentis, sive lumen rationis.

B.) Si vero sermo sit de Logica animadversa, vel ut melius loquamur de conscientia Logicæ, quam superius partiti sumus in Logicam communem, et in Logicam scientificam, aliter atque aliter res se habet.

Aliter se habet in primis, quoniam nulla hic fit quæstio de utilitate regulæ, sed de utilitate cognitionis regulæ ipsius. Secundo loco quodcumque meritum habere possit conscientia regularum, totum omnino radicitus regulis ipsis est attribuendum.

Eatenus porro utile esse dicimus tum Logicam communem, tum scientificam, quatenus facilius inserviunt, vel ad veritates inveniendas, vel ad veritates easdem inventas aliis demonstrandas. Quod utique officium summopere interest cum plures inter homines irrepserint errores, ac plures dominentur illusiones, ac quidem utraque in communi vivendi methodo. Ex quo fit, ut nisi necessaria, perutilis tamen sit utraque Logicæ Naturalis conscientia; maxime autem scientifica.

C.) Cum tandem homines eatenus scire dicantur, quatenus res sciunt per causas; atque hoc in sensu eruditi homines vulgares antecedunt: evidens est diversa gaudere præstantia, quas supra Logicæ recensuimus species.

Nam Logica Naturalis licet præ aliis sit ipsa necessaria, nulla tamen de qua loquimur, gaudet præstantia. E contra præstans est Logica communis, præstantissima vero scientifica.

Plura de hac cum loquerentur summi viri, quam maximis illam prosecuti sunt laudibus. Plato enim = Doctrinarum finem = eam dicebat; Tullius, artem artium omnium maximam =; S. Aug. = Disciplinam disciplinarum =; nos vero eam dicemus = Januam scientiarum =.

Articulus III
Quale sit Logicę objectum, et ejus Partes.

A.) Logicę objectum est, hominis animum ad veritatem dirigere.

Quod quidem tum naturalis, tum artificialis logicę est proprium; peculiariter autem ad illam spectat.

B.) Cum vero aliud sit veritatem apprehendendam indicare, aliud sit veritatem indicatam apprehendere, vel apprehensam aliis demonstrare; cumque alterutris hisce modis animus hominis ad veritatem dirigatur, in tres idcirco partes dividimus logicam.

Quarum prima nempe dicemus de Rebus; quarum secunda de Rerum ipsarum apprehensione; quarum tertia de Rerum earundem apprehensarum manifestatione.

C.) Logica igitur, quę ad veritatem dirigit, trifariam dividitur.

In Topicam nempe, ad materias indicandas; in Analyticam, ad materias ipsas examinandas; et in Dialecticam, ad veritates inventas patefaciendas.

Topica
sive
Pars Prima Logicę

Quęstio Iª. Art. I
De Rebus.

Articulus I
De Ente, ejusque pręcipuis Differentiis.

N. I.

Quid est Ens possibile, existens, ac perfectum.

A.) Antequam artifex domum ędificet, domum ipsam habet mente conceptam; nec ędificando aliud facit, quam saxa, ligna, et alia sic disponere, ut tale ędificium extra mentem suam habeatur, quale est a se pręconceptum.

Hęc facilia sunt intellectu. Porro domus ista ab artifice mente concepta ante ędificationem est utique domus possibilis sive quod dicimus Ens possibile. Domus illa vero, quę ab eodem artifice operanti produceretur, ac quodammodo, cum antea in ejus mente latitabat, exinde egrederetur, domus esset existens, sive quod dicimus Ens existens.

Ens autem perfectum aliquid pluris sonat, quam Ens existens: cum

Ens possibile : factum : perfectum.

enim quidquid existit fuerit factum; illud quod perfectum est post habitam existentiam aliquid aliud obtinuit.

B.) Neque hic concludentur ea, quibus predicta entia ad invicem differunt.

Ens enim possibile potest quidem mente revolvi, atque considerari, nec non ad existendum perduci: veruntamen nec pati, nec agere potest, quacunque sive patiendi, sive agendi capacitate carens. Sic, ut allato utamur exemplo, domus illa possibilis, etiamsi considerari posset, ac donari existentiâ, ipsa tamen nec destrui potest, nec aliquem in tectum excipere valet: et sic dicito de quovis ente possibili.

Ens existens e contra nedum potest considerari, verum etiam sive destrui, sive in detrimentum venire potest, nec non agere valet. Domus ver. gr. constructa tum potest destrui, atque in deterius mutari, tum aliquem hospicio excipere valet, atque in melius converti. Ens vero perfectum nedum considerari, pati, ac in deterius venire potest, quoniam ad existentiam fuit perductum, ac proinde existentia ipsa eidem non est intrinseca, atque essentialis, sed extrinseca, atque superaddita; verum etiam meliori modo agere potest, non autem aliquid aliud recipere valet.

C.) Quibus perspectis, hæc concludimus, ut magis ac magis horum entium differentiæ innotescant.

Sequitur primo, quodvis ens possibile esse excogitabile; ac proinde impossibile esse quidquid excogitari non potest.

Sequitur secundo, quodvis ens possibile esse immutabile, sive impassibile; unde veteres Philosophi merito dicebant: = Rerum essentiæ sunt immutabiles =.

Sequitur tertio, nullum ens possibile seipsum posse ad existentiam pertrahere: hinc commune est apud Philosophos: = Nihil est suipsius causa, et effectus =.

Sequitur quarto, in nullo ente possibili rationem dari posse, cur hoc vel illud ens existat: hinc velut axioma sequens dictum habetur: = A posse ad esse non valet consequentia =.

Sequitur quinto, ens possibile esse veluti radix et initium entis existentis; atque ens existens nihilominus idem esse respectu entis perfecti: ac proinde ens quodvis possibile merito dicitur ens initiale.

N. II.

Quid est Esse, Subsistere, et Inhærere.

A.) Esse dicitur de quovis ente, possibili nempe, facto, et perfecto.

Dicimus enim sæpenumero: alii Mundi sunt possibiles; terrena habitatio quam plurimum est infelix; cælicolæ vero sunt beati.

In quavis autem dictione nullatenus ipsum esse confundendum est cum Ente.

Inter Ens enim et esse maximum interest discrimen; illud idem quinimo intercedit quod, inter virtutem operativam interest, et operationem; quod potentiam inter et actum.

B.) Subsistere vero et inhaerere non praedicantur de entibus possibilibus; sed de existentibus. Dicimus enim hanc vel illam subsistere civitatem; de colore vero aliquid aliud nostris inhaerere vestibus.

Subsistere autem de illo ente praedicatur, quod per se et non in alio existit: cum e contra inhaerere proprium est eorum entium, quae aliis entibus insunt, ac quasi innituntur, ut existant, uti sunt colores, sapores, et alia hujusmodi.

C.) Esse igitur, cum proprium sit entium possibilium, existentium, et perfectorum, considerari potest quoddam veluti attributum entis in genere.

Subsistere vero, et inhaerere, cum entis existentiam respiciant, haberi possunt veluti duo modi existendi.

Esse tandem, cum tantum differat ab ente, quantum actus a potentia, entia ipsa excellentiora sunt habenda quo magis sunt, quo magis nempe vim suam exerunt.

N.° III.

Quid est Essentia, Existentia, et Perfectio.

A.) Essentia, Existentia, et Perfectio sunt tres differentiae Entis; sive tres modi ejusdem: qui modi in eodem ente eodem fere modo sunt, quemadmodum est color in corpore colorato, sanitas in corpore sano, et cursus in homine currenti.

Essentia itaque est quod constituit ens possibile; existentia est quod constituit ens existens; atque ens perfectum habet a perfectione ut tale sit.

B.) Non possunt proinde nec Essentia ab Ente possibili, nec Existentia ab Ente existenti, nec Perfectio ab Ente perfecto separari; quemadmodum nec color a colorato, nec sanitas a sano, nec cursus a currenti separari potest.

Atque ex hinc etiam patet, Essentiam esse, quod communiter dicitur quidditas rei: et sic dicito de Existentia, et de Perfectione quod eum statum, quem constituunt.

C.) Sequitur ex his, quae supra diximus sequenti modo tres praedictas Entis differentias posse definiri:

Essentia nempe est capacitas capacitatis: existentia est capacitas: perfectio vero est nobis incapacitas capacitatis

N. IV.

Quid est Ens actu; quid Substantia et Accidens; quidque Nihil.

A.) Ens actu dicitur quidquid existit, ad distinctionem entis possibilis, quod etiam dici solet ens in potentia. Nec raro evenit apud Eruditos, ut ens actu dicatur Ens actuale; ens vero in potentia, Ens potentiale.

B.) Substantia et Accidens sunt utique entia existentia: ast Substantia est illud ens, quod per se et non in alio existit; uti Accidens sit ens quod non per se, sed in alio existit; atque proinde substantia dicitur subsistere, ac proprie Ens; Accidens vero dicitur inhaerere, ac proprie non Ens, sed Entis, sive appendix entis.

C.) Nihil demum est oppositum Entis, sive Non Ens: proindeque Nihil nullam habet perfectionem, existentiam, ac essentiam. Ex quo fit, ut ne excogitari quidem possit.

Atque ista consuetudine locutionis venit ut aliquoties dicamus Nihil est, attendendo est ad Nihil, cum nomen tantum sit Nihil prorsus insubstantiale. Et haec est causa, cur Philosophi dicere soleant: = Nihili nullae sunt proprietates =; = Non Entis nulla est scientia =.

Theologi attamen distinguunt Nihilum in negativum, et privativum: primum est de quo nos verba fecimus; secundum vero est ens possibile: atque ex hoc Nihilo privativo opera sex dierum Divinitus producta tradunt.

N. V.

Quid Ens necessarium et contingens; quid Ens rationis; quidque Ens.

1.) Ens necessarium est illud, quod non potest non esse: illud videlicet, cujus contrarium nullo modo fieri potest, sive est impossibile.

Duplex autem est Ens hujusmodi; aliud enim est absolute (sive intrinsece vel metaphysice) necessarium; aliud autem est hypotetice necessarium. Primi generis necessarium vel gr. est, quod homo qui coepit existere, sit limitatus. Quando secundi generis necessarium est, quod, sole lucente, dies sit.

Contingens e contra est illud ens quod poterat non esse, qualia sunt omnia entia ad existendum producta; ut inquam ens illud quod potest non esse, cujus proinde contrarium est possibile.

3.) Ens vero rationis nullibi existit, praeter quam quod in intellectu considerante, sive ratiocinante: atque idcirco dicitur Ens rationis.

Hujusmodi sunt leo Venetorum alatus, ac Aquila Germanorum biceps, quæ in rerum natura præter mentem considerantem minime existunt. Quapropter Ens rationis dicitur etiam ens fictum, Ens imaginarium, et phantasticum, nec non figmentum, et fabula; quemadmodum sunt inventiones poetarum, atque illa, quæ plerumque in theatris repræsentantur.

Duplex itidem est Ens rationis: aliud enim dicitur rationis ratiocinatæ, et aliud rationis ratiocinantis. Primi ordinis tunc habetur ens rationis, cum fuerit factum cum aliquo fundamento in re: ita si quis, consideratis Hispanis, Gallis, atque Germanis, atque singulis eorum quæ communia sunt, perspectis, ac præscindendo a quibusvis aliis eorum proprietatibus, eosdem ab invicem distingueret dicendo Hispanos obstinatione, Gallos levitate, Germanosque patientia esse affectos; hic in abstracto aliquid consideraret diverso modo, ac esset in concreto. Attamen Ens rationis efformasset ex eo quod ad sic pensandum res ipsa occasionem illis præbuisset. Quod si sine tali occasione aliquis aliquid effingat, tunc habetur Ens rationis sine fundamento in re, Ens nempe rationis <u>ratiocinantis</u>.

2.) <u>Ens</u> tandem est quodcumque est in se <u>quid</u>: nec erat, aut fuerit, sed est. ... enim fuit, esse cessavit; nec esse cœpit, quod erit. Quodque <u>Ens</u> tale est, sive sit in intellectu; sive sit in suppositis, sive sit in causis.

<u>Ens</u> autem sic generice spectatum duplicis est generis: aliud enim est Ens per essentiam, et aliud est Ens per participationem.

Primum est excogitabile; omnia potest, ac nulli obnoxium est mutationi, utpote tale per essentiam, ac proinde undequaque necessarium: quod utique <u>Deus</u> appellatur. Unde, merito ajebat Augustinus: = Verissime dicere potuit Ego <u>sum</u> qui <u>sum</u> =.

Ens autem per participationem est quidem excogitabile, et certe quadam capacitate gaudet, mutari attamen potest, utpote tale alterius opera, ac proinde omnino contingens. Atque entia hujusmodi sunt ea omnia, quæ fuere facta, ea omnia quæ priusquam existerent, entia dumtaxat possibilia erant, ea omnia quæ a posse ad actum fuere producta.

Hinc cum omnia Entia contingentia in tantum existunt, in quantum habuerunt ab Ente necessario, factum est ut eadem dicantur Entia <u>improprie</u>. Deus autem eorum creator appellatur Ens proprie; atque <u>Ens Entium</u>.

N. B. 1. Jure proinde ducebat Scotus: = Ens habet conceptum simpliciter simplicem: concipitur sine aliis, alia vero sine eo concepto =.

N. B. 2. Jure pariter Ens Entium dicitur Ens primum et summum, atque purissimus actus: sive illud quod est esse, ubi de eodem existentia et perfectio, ad instar

entium contingentium predicantur: cum enim sint his omnibus superaddita, intrinseca sunt Deo. Ex quo fit ut cum essentia, existentia, et perfectio tres modi sunt distincti ab invicem in aliis entibus, in Deo e contra sint tria synonima.

N. VI.

Quid Qualitas, et Quantitas, quid Totum, et Partes; quidque Defectus.

Qualitas, et Quantitas sunt Entis proprietates: cumque entia alia sint ac alia, diverse quoque sunt qualitates et quantitates.

Qualitates aliæ sunt essentiales, aliæ naturales, aliæ accidentales. Essentiales sunt illæ, quæ in ipsis entibus possibilibus concipiuntur, quæque eorumdem ingrediuntur essentiam eamque veluti constituunt. Naturales sunt illæ, quas entia vel patiuntur vel agunt quas entia ipsa per existentiam obtinent, ac conjunctum sunt quæ ipsis addunt existentia. Accidentales vero sunt illæ, quæ entibus inhærent, quæque, etiamsi pereant, entia ipsa adhuc perdurant.

Ex quo intelligimus Qualitates essentiales esse in ente proprietates, quibus est; naturales, cum quibus existit; accidentales, in quibus mutatur.

Quantitas e contra, licet sit entis proprietas, præsupponit tamen qualitatem cujus est veluti gradus, et cum qua ens ipsum determinatur, ac veluti circumscribitur. Quantitas porro essentialis est immutabilis; naturalis vero est mutabilis. Ac quidem juxta nos triplex est: numerus nempe, mensura, et pondus. Qualitates enim aliquem numerum, aliquam mensuram sive extensionem, et aliquod pondus habere debere concipiuntur, sive sint essentiales sive naturales.

Atque hic distinguamus oportet extensionem quantitativam, quæ consistit in habendo partes extra partes, in essentialem, et actualem: aliud enim est constare partibus inter se ordinatis, et extra se positis, et tamen non existentibus: et aliud est constare partibus ejusmodi, et insuper existentibus: per essentiam partes ordinem habent ad se, ordinem intrinsecum; per existentiam vero ordinem habent ad locum, quem inhabitant, ordinem extrinsecum. Prius enim est habere partes externas in ordine ad se, quam in ordine ad locum.

Ex quo fit, ut cum quidquid est essentiale minime auferri possit, facile concipiatur, quod de Eucharistia Religio nostra tradit. Cum enim essentia extensionis consistat in partibus extra partes nulla habita relatione ad ea quæ foris sunt, manifestum est, ut ipsa tradit, per quamcumque specierum fractionem nullimode affici Corpus Christi, atque tum sub tota hostia, cum sub qualibet ejus parte idem Corpus Sacrosanctum haberi posse.

Quæ dicta sufficiant de Qualitate ac Quantitate.

(c.) Totum vero est id quod partibus constat: plura vero, quæ simul sumpta, constituunt unum aliquod ens, appellantur partes. Ex grat. corpus humanum est totum, membra vero, nervi, ossa, ex quibus illud coagmentatum videmus, sunt ejusdem partes.

Trifariam autem dividimus Totum, ac Partes. Totum nempe Metaphysicum quod in ente consistit plures partes sive potentias habente, quæ sunt distinctæ ab invicem, non tamen separari possunt. Cujusmodi est anima humana, memoria, intellectu, et voluntate prædita, quæ licet distinguantur ab invicem, non tamen separari possunt. Et Totum Physicum: quale v. gr. est corpus humanum pluribus partibus constans, quæ tum distingui, tum separari possunt ab invicem. Et Totum Morale: qualis est exercitus nempe, pluribus constans partibus, tam distinctis tum separatis ab invicem.

Ex quo pariter patet ratio distinguendi trifariam vel ipsas partes. aliæ enim sunt metaphysicæ distinctæ ab invicem, et inseparabiles: aliæ sunt physicæ distinctæ ab invicem et divisibiles; et aliæ sunt morales, distinctæ ab invicem et separatæ.

(d.) Defectus tandem est carentia vel privatio illius quantitatis ad quam habendam natura conducit.

Est carentia si sine culpa, sine cooperatione illud deest; est privatio, si culpabiliter hoc sit.

N. VII.

Quid Ens compositum et simplex, quid Spatium, Locus et Situs; Quidque esse extensive, definitive, et infinite.

(1) Ens compositum est quod ex pluribus partibus constat a se invicem distinctis, et extra se positis. Hujusmodi est liber, arbor, corpus humanum et alia. Ens proinde extensum compositum est.

Ens e contra simplex vel nona tantum gaudet potentia, vel si pluribus licet ab invicem distinguantur, non tamen extra se sunt positæ, nec ab invicem possunt separari. Ens proinde simplex nullatenus est extensum.

Totum Physicum coincidit cum ente composito, et metaphysicum cum Ente simplici.

(2) Spatium communiter homines sibi repræsentant tamquam receptaculum, rebus omnibus vacuum, in quo aliquid reponi potest. Quod receptaculum si ita fuerit rebus repositis occupatum, ut nihil aliud capere possit dicitur spatium plenum; si vero nulla ex parte fuerit occupatum, dicitur spatium inane, sive vacuum.

Philosophice autem loquentes illud definimus si sit plenum, per extensionem quæ aliis entibus cum suis respondet partibus. Si vero fuerit vacuum illud e contra definimus per extensionem quæ aliis entium cum suis potest contingere partibus:

Nec tamen nobis displicent veteres Philosophi, qui spatium inane definiebant = Possibilitatem locandorum corporum = nec ipse Wolfius displicet, qui idem spatium explicabat per ordinem coexistentium, hoc est simultaneorum.

Locus est pars spatii: cum situs sit loci ipsius pars.

Advertendum porro est spatium non esse rem cui respondet, ac capit; nec cum ejusdem rei intrinsece ullam habere connexionem. Ex quo fit non esse in spatio aut loco rationem, cur ens aliquod hic potius quam alibi inveniatur.

C.) . . . Quibus perpensis, facile est cognoscere, quid sit Esse extensive, definitive et infinite.

Esse *extensive* attinet ad entia composita, quæ, aliis Entibus compositis superposita, ita inveniuntur ut cum una sui parte unam spatii partem occupent, cum altera alteram, minime vero cum singulis sui partibus unam tantummodo occupant spatii partem. Qui modus essendi appellatur etiam *Esse per circumscriptionem*, sive *circumscriptive*.

Esse vero *definitive* est modus essendi proprius Entium simplicium, quæ ubicumque sunt, quemcumque nempe loci situm occupent, ibidem totaliter sunt, minime vero partialiter. Ex quo fit, ut, cum Entia composita nisi partialiter sint in quavis parte illius loci quem occupant, Entia simplicia ex adverso sint totaliter in quavis loci parte, in qua ita sint.

Esse *infinite* tandem proprium est illius tantummodo Entis, a quo Entia omnia contingentia habuere existentiam: et proinde iste modus proprius *Entis Entium*: qui modus dicitur etiam *ubiquitas*. Unde Regius Psaltes ajebat: = Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo et habitavero in extremis maris ... tenebit me dextera tua = (Psal. 138.).

§ VIII.

Quid Idem et Diversum: quid Dissimile et Contrarium: Simile et Æquale; quidque Finitum et Infinitum.

A.) . . *Idem* et *Diversum* prædicantur tam de Ente cum se ipso comparato, quam de Entibus ab invicem comparatis.

Omni primis omne Ens est = Idem sibi, et diversum a quolibet alio = (Aristoteles): aliter nec unum esset, nec ab aliis distingueretur. Atque hoc in sensu

factum est ut omne Ens quoad se dicatur Idipsum, et Idem numero, ex eo quod numerari non potest.

Omne ens insuper sic spectatum, si aliquid mutetur per quantitatis diminutionem, vel augmentum: tum quidem dicitur idem numero sed diversum ab eo quod erat. Si vero nihil mutetur, tunc idem sibi simpliciter dicitur. Et prima identitas cum aliqua mutatione appellatur moralis, secunda vero sine illa mutatione appellatur metaphysica.

Si vero sermo sit de entibus ad invicem comparatis, tunc duo Entia eadem sibi dicentur, quando sibi mutuo substitui potuerint, ita ut, facta substitutione eadem habeatur res. Si vero facta substitutione eadem non haberetur res, sive aliqua foret mutatio in fine obtinendo, tunc essent diversa.

Quod si entia inter se comparata in omnibus conveniant, tunc dicerentur eadem sibi absolute; sive haberent identitatem absolutam. Si e contra in omnibus non convenirent, tunc dicerentur eadem sibi respective; haberent nempe identitatem secundum quid, sive respectivam.

Advertendum tandem cum identitas moralis et metaphysica Ens, de quo praedicatur non multiplicet, plura entia e contra supponit in identitate absoluta, et respectiva: hinc est, quod per primam Ens est semper idem numero; quando per secundam entia sint plura numero, et eadem specie.

B.) Dissimile autem et Contrarium, atque ac Simile et Aequale praedicantur tantummodo de entibus cum aliis comparatis.

Atque Ens dissimile est illud, quod illas qualitates non habet, quibus gaudet Ens cum quo comparatur.

Quod Ens insuper contrarium diceretur alii Enti; si quas habet qualitates, simul consistere non possent cum illis, quibus gaudet Ens cum quo comparatur. Unde patet quod omne contrarium est dissimile, non autem e converso.

Simile dicitur illud Ens quod commune habet cum alio Ente qualitates, quod nempe gaudet qualitatibus ejusdem speciei ac illud Ens gaudet cum quo comparatur.

Quod si non solum easdem haberet qualitates, verum etiam quantitates, tunc alii Enti diceretur Aequale. Ex quo patet omne aequale esse simile, non autem viceversa.

C.) Illud tandem dicimus Finitum, quo aliquid majus aut minus dici potest: quod proinde aliquam habet suae entitatis extremam, sive circumferentiam circa quam possit augeri; ac aliquam pariter habet contingentiam, unde lati possit ac in deterius venire. Proindeque quidquid est finitum limitatum est, ac veluti limitibus circumscriptum, ac insuper contingens est. Quoniam autem quidquid est finitum, sive augeri sive minui potest, consequens est Entia quaecumque finita esse necessario, intrinsece et absolute mutabilia.

Ens Infinitum e contra cum nullos habeat limites, nullum habet initium ac finem, sed omnes qualitates et quantitates essentialiter, et immutabiliter habet: simplex proinde ac unicum, atque purissimus actus: a quo omnia alia entia habent, ut sint, et in quo instar puncti omnia continentur.

Effinxerunt quidem Mathematici et alia infinita, sed praeter mentem considerantis non existentia; effinxerunt nempe ea quae superius dicebamus Entia rationis. Eorum etiam infinito categorematico semper minus concipi potest, et aliquid majus eo quod infinitum dicunt syncategorematicum.

Titulus II.

De fine, ejusque praecipuis differentiis.

---

§ I.

Quid mutari et moveri, varium et manens; mutatio et motus; quid numerus et tempus; aetas et anni; aevum et aeternitas; quidque sit mutabile ac mobile; temporaneum atque aeternum.

1.) Mutari est aliquid aquirere vel perdere: = Est de non tali fieri tale = puta de non albo album secundum Scotum = Est ex alio in aliud ire = secundum Gregorium; brevius illud est alterari; Quando moveri est de uno situ vel loco in alium venire. Patet itaque mutari referri ad rem in ordine ad se; moveri autem ad rem deferri in ordine ad alia.

Varium nominatur id quod aquirit, vel amittit aliquid: manens e contra nihil horum recipit.

Mutatio est transitus qualitatis de una in aliam quantitatem; motus vero est transitus vel totius vel partis de loco in locum; brevius illa absoluta, haec respectiva est alteratio rei.

2.) Numerus est mensura mutationum; tempus est mensura motus. Stat proinde numerus in rebus simultaneis; tempus autem cum habeat prius et posterius, habetur in successivis. Aetas et anni sunt species temporis; mensurant enim, quae sibi succedunt.

Aevum est quod parcit aetae; cujus proinde existentia momenta sibi continuo succedunt. Aeternitas e contra est sine ulla successione.

3.) Ex quibus apparet illa tantummodo Entia mutari posse, atque moveri quae sint contingentia, ac limitibus circumscripta. Ut enim aliquid fiat in aliquo ente, oportet, ut prius sit in potentia ad illud; nec mutatio et motus haberi possunt sine terminis. Illud proinde Ens quod est necessarium et infinitum, immutabile prorsus ac immobile sit oportet.

Temporaneum est quidquid habetur alicubi, sive extensive sive definitive. Aeternum vero est ens a se necessario existens, sine initio et fine sive infinitum.

N. II.

Quid terminus a quo, et ad quem: quid finis extrinsecus, et intrinsecus; quidque finis, et quotuplex.

A.) Terminus a quo, est ille gradus sive locus, a quo res transeundo si mutatur in alium gradum, vel si alium occupet locum, recedit; unde dicitur etiam terminus privationis, sive cessationis. Sic in evigilanti somnus a quo cessat, est terminus a quo; et in aliquo ex nostris ad patrios lares redeunti, ultimum est terminus a quo per motum recederet.

Terminus ad quem est illud ad quod res per mutationem sive motum pervenit. Sic ut predictis utamur exemplis, in illo qui a somno evigilat, vigilia ipsa est terminus ad quem: et in redeunte ad patriam, patria est terminus ad quem perveniret: atque idcirco iste terminus ad distinctionem alius nominatur etiam terminus acquisitionis, atque positionis.

B.) Finis extrinsecus est terminus ad quem positus attamen extra rem ipsam; qui terminus etiam dicitur finis objectivus, sive objectum; cujusmodi utique esset patria in exemplo superius allato.

Finis e contra intrinsecus est quidem terminus ad quem sed intra rem ipsam positus, quique idcirco dicitur rei ipsius modificatio atque mutatio. Sic in homine qui a non cogitando ad aliquid veniret excogitandum, veritas illa quam inveniret, hominis ipsius excogitantis finis esset intrinsecus.

C.) Finis igitur generatim sumptus nihil aliud est quam terminus, sive a quo, sive ad quem, sive extrinsecus sive intrinsecus.

Multifariam autem finis extrinsecus dividi solet a Philosophis. Et primo quidem dividitur in finem summum et in finem medium. Atque finis summus illud est, propter quod cetera volumus; ipsum autem nonnisi propter ipsum. Finis medius e contra est illud, quod non propter se ipsum, sed propter finem summum volumus. Sic venator canem suum diligit, non propter se ipsum, sed propter venandum. Finis insuper extrinsecus subdividitur in universalem, partialem, et individualem; in primum intendunt omnia: in secundum aliqua rerum pars: in tertium una tantum res. Subdividitur iterum in principalem et minus principalem, in primarium et secundarium. Quod magis referret obtineri, finis principalis dicitur; minus principalis, quod minus referret. Primarius vero finis est, qui non immediate et directe, sed mediate et indirecte per aliorum finium consecutionem obtinetur. Secundarius vero finis est ille, quem assequi nitimur ad finem primarium obtinendum. Sic pulsatio tintinnabuli in summitate turris collocati, cum non obtineatur nisi per aliquem funis motum, in casu nostro esset finis primarius; motus autem funis erit secundarius.

Finis ipse tandem intrinsecus bifariam dividitur in partialem nempe et totalem. Si enim terminus, ad quem pervenit, hujusmodi sit, quo nil melius possit illi evenire; tunc dicitur finis intrinsecus totalis, per quem utique res ipsa perficitur; cuique finis etiam dici solet Beatitudo, sive Felicitas. Si vero terminus talis sit quo aliquid melius adeo sit per quem proinde res ipsa non perficiatur, tunc finis utique habetur partialis.

N. III.

(Quid progredi et quiescere; deficere et mori; perfici et annihilari: quid viatores et comprehensores; beati et damnati; presens vita et futura; quidque status vię et termini; vita et mors; felicitas et miseria).

1.) Progredi est vel intrinsecos vel extrinsecos fines obtinere, excepto fine summo: quiescere vero est nullum obtinere finem.

Deficere est aliquem finem obtinendum non obtinere: mori vero est vel ipsam capacitatem progrediendi ammittere.

Perfici est finem summum obtinere: annihilari est vel ipsam existentiam perdere.

2.) Viatores sunt qui progrediuntur: comprehensores sunt perfecti.

Beati sunt qui mercedem ęternam obtinuerunt: damnati qui poenas ęternas luunt.

Presens vita viatores complectitur; futura comprehensores.

3.) Status vię est vita presens, status termini est futura.

Vita est progressus cum capacitate perfectionis; mors est quies cum impotentia progrediendi et perficiendi.

Felicitas est perpetuus usus finis summi; miseria est finis ejusdem perpetua privatio: sive illa est pax ęterna, hęc autem ęternus dolor.

Articulus III.

De Lege ejusque precipuis differentiis.

N. I

(Quid lex et ejus ratio; quid lex ęterna et providentia; lumen rationis et idea, quidque ejus species rectus et corruptus)

1.) Lex est regula, sive forma, vel ratio, juxta quam entia vel mutantur, vel mutari possunt in melius; proindeque lex ipsa est ratio, qua entia possibilia ad existentiam perducimus aut jam perducta fuere vel perducuntur atque perducentur: insuper ratio est, qua, quę facta sunt perficiuntur vel perfici possunt.

Atque propterea lex si generaliter spectata merito etiam definiri potest ratio boni

Si quid ex possibilibus ad existendum perducitur, tunc si capacitas activa et passiva respondenda venit in causam producentem, varietas autem respondiliter essentiæ rei ipsius. Unde in opere quod inscripsit = Nuovo Saggio sull'origine delle idee = perillustris author merito tradebat: = La varietà delle essenze è ciò che varia le sostanze: ma l'esistenza è ciò, che dà loro attività = (Serbati Rosmini. Vol. 3.). Quod si quid ex existentibus sic melius commutetur, sive per fines intrinsecos, qui sunt actus, sive per assecutionem finium extrinsecorum, qui sunt objecta, tunc fines sunt lex cujuscumque perfectionis

Advertendum insuper est legem vocari naturalem, si a nativitate rei ipsi inhæreat; vocari legem physicam, si præteriri non possit, moralem vero si possit: jus gentium vocari si omnibus hominibus quæ agenda vel vitanda tradat; illius aut hujus regni nomine vocari, ver. gr. Austriacam, Hungaricam, si ad bonum ejusdem regni sit data: domesticam tandem dici, si etc. etc.

Ex quo patet, quam merito legem, quæ res existentes respicit Divum Aquinatem definiisse = Ordinem rerum in suos actus et fines =.

Appetitus autem minime est confundendus cum lege: lex enim etiamsi viam aperiat, ut ita dicamus, ad bonum, ejusque possibilitatem nobis ante oculos objiciat, nullum tamen dat stimulum ad idem faciendum sive obtinendum. Appetitus e contra movet, excitat, et allicit. Rationem comedendi, sive legem comestionis nos utique cognoscimus, statim ac e somno evigilamus; nec tamen comedimus vel comedere satagimus. Ast prope meridiem præter scientiam comedendi, aliquid aliud in visceribus experimur, cujus causa vel comedimus vel comedere satagimus. Appetitus igitur est entis existentis inclinatio ad agendum: quod si lex merito dicitur ratio boni, appetitus dici potest initium actus sive actus inchoatus

Unde patet merito D. Thomam appetitum appellasse: = Nec nudam potentiam, nec actum, sed initium actus =: et Leibnitium = Conatum quemdam continentem actum =. Quod si hujus appetitus diversas vellemus recensere denominationes, nimis longum esset: hoc solum adnotabimus, in mineralibus dici gravitatem, in plantis et brutis dici instinctum, in hominibus passionem.

B.) Lex æterna est regula regularum, juxta quam tum possibilia vel fiunt vel fieri possunt; et quæ facta sunt vel perficiuntur, vel perfici possunt: lex itaque æterna est ratio cujuscumque modi sive possibilis sive existentis. Cumque possibilia sint sine numero, sine fine infinita ipsa est. Quæ lex alio nomine dicitur etiam Dei Sapientia, Divinum lumen, ac Veritas

Providentia vero tam late sese non extendit: est enim illa Divinæ Sapientiæ pars, ut ita loquamur, qua omnia, quæ creata sunt, reguntur atque gubernantur: est namque fons et radix omnium regularum sive legum juxta quas singulæ creaturæ vel perficiuntur, vel

perfici ponere: unde admodum recte D. Aquinas Providentiam dicebat: = Rationem ordinis in finem = (1. 2. quæ. 22. art. 1.).

Quod si comparare velimus Providentiam cum lege naturali, illa est veluti regulans, hæc autem utique regulata; immo illa quoad istam ut exemplo ab Aquinate allato utamur se habet quemadmodum = Ars ad artificiatum =.

Lumen rationis de quo tot ac tanta a Philosophis fuere dicta, ex nostra sententia nihil aliud est, quam = Quædam imago et similitudo Divinæ Providentiæ animis hominum insidens =. Quod lumen ipse Aquinas definiebat per quandam participationem legis æternæ hominibus divinitus factam.

Quod lumen rationis quatenus hominem dirigit ad res corporeas cognoscendas, dicitur sensus externus; quatenus autem illum dirigit ad res spirituales cognoscendas, dicitur sensus internus. Materialistæ lumen rationis, sive criterium veritatis reducere conati sunt ad sensum externum; atque proinde per ironiam vocantur Sensistæ, inter quos eminet Lokius cum suis gregariis. Spiritualistæ vero lumen rationis, sive criterium veritatis ad solum sensum internum reducere conati sunt, ac proinde ironice appellantur Idealistæ, inter quos eminet Kantius cum suis Germanis.

Idea idem est ac forma, idem est ac lex. Divus Aquinas, nobis inter omnes primus, sequenti modo ideam ipsam definiebat: = Idea est forma exemplaris, qua res fiunt et cognoscuntur; quæ est in mente artificis = (1. part. quæ. 15.).

(C.) Quibus principiis facile est intelligere, quid sibi velit appetitus tum rectus, tum corruptus.

Appetitus rectus itaque est ille, qui potentiam movet atque inclinat secundum legem; qui proinde potentiam excitat ad debitos actus et fines; ac proinde rem ipsam movet ad sui perfectionem.

Appetitus corruptus e contra potentiam a lege divertit, et transfert non inclinando ad debitos actus, et fines; ac proinde rem ipsam movet ad sui ruinam.

Homines qui in lege appetitus suos continent, dicuntur recti corde, atque cordati. Homines e contra qui appetitus corruptos sequuntur, dicuntur perversi corde, atque immoderati et effrenes. Apud nos Ecclesiasticos appetitus corrupti appellantur septem peccata capitalia breviùs concupiscentia.

N. II

(Quæ res veræ et falsæ; quæ rerum veritas ac falsitas; ac veritas absoluta.
quid utile et noxium; res bonæ et malæ; ac bonum summum: quidque
consuetudo sive habitus).

(A.) Res veræ sunt quæ factæ sint secundum legem; falsæ e contra sunt, quæ factæ fuerint extra legem.

Rerum veritas proinde est earundem conformitas cum lege: falsitas vero est earundem a lege deformitas. D. Aquinas propterea veritatem rerum definiebat: = Adæquationem rerum cum intellectu, a quo res ipsæ pendent =. Atque cum una tantum habeatur æquatio, ratio apparet cur una tantum sit veritas; ac ita ut quævis res non plus aut minus vera sit dicenda, sed vera dumtaxat. Cum e contra res quæ sit pluribus sub aspectibus differri possit ab intellectu imperante, sive a lege, nihilominus apparet, res ipsas esse posse plus minusve falsas.

Veritas tandem absoluta est regula regularum seu Divina Sapientia, a qua omnia alia regulantur, cujus gratia omnia alia vera sunt: artificiatum enim est ab arte, et non viceversa

(?) Utile illud est, quod ad finem tum intrinsecum, tum extrinsecum obtinendum conducit. Noxium est illi contrarium. Ex quo patet permulta, quæ quidem in edendo sunt dulcia, post autem valetudinem exturbant, dici non debere utilia. Cum e contra tot ac tantæ medicinæ, quæ quidem cum suscipiuntur amaritudine afficiunt, propterea quod valetudinem fovent, dici non possunt noxiæ.

(E che si dirà dei zoloccki, che tante imbecilli di madri fanno insaccare a tanti degni loro figliuolini? Questo è un comprare a caro prezzo dei travi-lecuardoni).

Res bonæ dicuntur, quæ legibus subduntur: per hoc enim ad perfectionem sunt conversæ. Malæ e contra illæ dicuntur res, quæ sint operantes extra legem, quæ sint exleges.

Bonitas autem absoluta est perfectio necessaria, est convenientiam possessio non aliena, sed ri propria, est ens entium, est Deus Op. M. Manichæi effinxerunt præterquam quod Principium infinite bonum, et aliud infinite malum; atque eidem fuere dicti Dualistæ. Ast perperam opinabantur, tum quia unum duntaxat est infinitum, tum quia solum contrarium Enti est non ens, est nihil, cui nullæ competunt proprietates.

(?) Consuetudo tandem, de qua tam frequenter loquuntur homines, sive habitus est illa promptitudo sive facilitas, quam homines ver. gr. acquirunt repetendo eosdem actus, vi cujus veluti feruntur ad eosdem repetendos: quæ vis non raro ipsis naturalibus inclinationibus fit fortior: ac proinde a Philosophis quamplurimum æstimatur, atque tamquam secunda natura habetur.

Numerus III.

Quid Principium et Causa; Subjectum et Substantia; Suppositum et Persona: quid Casus et Fatum; Actus hominis, et humanus; honestus et turpis; Virtus et Vitium: quidque Malum Metaphysicum Physicum et Morale.

(?) Principium est quod in se continet rationem alterius, quomodocumque illam

contineat; sive essentialiter, sive contingenter, sive constitutive, sive effective. Atque illa omnia, quæ vel inde habuerunt, vel habere possunt, dicuntur dependentia, atque connexa quodque jam sit cum eodem principio connexum, principiatum dicitur.

Principium, quod in se rationem alterius essentialiter habet dicitur Principium essentiale, independens, principium omnium principiorum, et principiatorum, immobile movens creator. Principium e contra, quod in se rationem alterius contingenter habet, dicitur principium contingens, dependens, principium principiatum, motum movens, creatura.

Principium autem essentiale a quo rerum possibilitates dependent dicitur etiam principium possibilitatis; principium essentiale quo res possibiles fiunt existentes ac certa qualitate tum activa tum passiva informantur dicitur etiam Principium qualitatis; principium vero essentiale, per quod ad operandum res moventur, ac per cujus operationem quiescunt, dicitur etiam principium perfectionis. Breviter: primo Principium essendi, secundo Principium existendi; tertio quiescendi. Quorum primum identificatur cum Omnipotentia Patris, secundum cum Sapientia Filii, tertium cum Bonitate Spiritus Sancti.

Continent insuper Principia rationem alterius constitutive, et effective: primo modo intrant veluti pars in constitutione illius rei quæ dependet: sic semina sunt principia constitutiva plantarum. Secundo modo in aliud a se, et separatim existens influunt: sic planta, quæ germinavit, ac semina produxit, quæ semina inde iacta in terra evolvuntur, ac plantæ evadunt separatim existendo, principia sunt effectiva, atque quæ ex iisdem dependent, communiter dicuntur effectus. B.

Cave! Quæ tandem Principia contingenter rationem continent alterius et creata sunt a principiis essentialibus infinite distant. Namque quidquid contingens est nonnisi rationem dependentem et creatam habere potest sed creaturæ omnes nil aliud possunt quam res preexistentes evolvere. Unde merito admodum illud verbi inquiebat superius inter nostros = l'umana influenza non si estende al di la dello sviluppamento dei tutti esistenti. ([illegible]) Nihilominus hujusmodi principia dividuntur in operativa quæ sunt ideæ, in practica quæ sunt voluntas et in instrumentalia quæ sunt ver. gr. membra corporis nostri, et alia, quibus juvari possumus in rerum executione; et in materialia, quæ sunt ver. gr. ligna, unde statua extrahitur, vel lutum, unde figulus vasa effingit.

Causa vero minus latet quam principium. omnis quidem causa est principium, quando principia tantummodo effectiva sunt totidem causæ. Atque hinc est, quod effectus [illegible] etiam causatum. Ac causæ eodem modo ac principia dividuntur in essentialem et contingentem; iterum essentialis, quæ etiam antonomastice prima causa appel-

tatur, subdividatur in Causam efficientem, in formalem, et finalem; quæ tribus principiis essentialibus respondent. Contingens vero, quæ etiam autonomastice causa secunda appellatur, subdividitur in causam agentem, instrumentalem, et materialem; insuper in sufficientem, et insufficientem; in auxiliantem et *sine qua non*; in proximam et remotam; in *physicam* et *liberam*. Atque tunc causa physica habetur, quando nullum habeat dominium in suis actibus, quando inter actionem et actionem eligere nequit, quando non potest non agere. Causa libera e contra habetur, quando dominium habeat in suis actibus, quando praeter legem agere possit, quando potest non agere.

Subjectum est ens aliquod existens non in alio sed in seipso, quod sive mutatur sive movetur. *Substantia* est subjectum, sed vi agendi gaudet: subjectum proinde rationem continens alterius. Si substantia ad aliquam tertiam constituendam ordinatur, dicitur *incompleta*, et *communicabilis*. Cujusmodi sunt tum anima, tum corpus nostrum utpote ad hominem constituendum ordinata. Si vero substantia ex sua natura ad aliud constituendum non sit ordinata, quales sunt v. gr. Angeli; tunc dicitur *completa* et *incommunicabilis*. Ex quo apparet dari substantias spirituales et corporeas; substantiarum substantiarum esse principium principiorum, sive causam primam.

Suppositum est substantia completa et incommunicabilis. *Persona*, quod veteres definiebatur = Suppositum intelligens =; a Severino Boetio: = Naturæ rationalis individua substantia =; juxta nos est = Suppositum intelligens, et appetens =.

B.) *Casus* idem significat ac non causa apud eruditos, apud vulgares vero idem est ac ignoratio causæ.

Fatum est juxta nos apud quædam necessitas, quæ in mundo dominatur: quodque a Boetio superius laudato quam pulchre definiebatur: = Dispositio immobilis inhærens rebus mobilibus =. Et quemtypum est: Epicureorum tempore, Stoicorum, materialistarum, Astrologorum, et Jansenistarum.

Volevano gli Epicurei, che gli elementi dei corpi, i quali si movevano con movimenti necessarii da tutta l'eternità, si fossero poi combinati a caso, venendo così a formare e cielo e terra, e quanto v' ha in essi. Volevano gli Stoici, che i pensieri, le parole, e le operazioni tutte dell' uomo avvenissero per impulso d' una legge ferrea, ed impossibile a trasgredirsi, e tutto per divina disposizione avverrebbero. Materialisti espire tutto corporeo, tutto soggetto a leggi fisiche, e necessitanti; a imitazione dell' antico loro maestro Benedetto Spinoza, il quale premesso che una sola è la sostanza, avvisava non essere gli uomini, che puri accidenti della medesima, incapaci affatto di agire per se. Gli Astrologi, eguali degli Assirii e de' Caldei insegnavano che le umane deliberazioni dipendevano per intiero dall' influenza degli astri. I Giansenisti per ultimo, che pur troppo brulicano ancora in Francia a rovina della morale, dicono, che tale è l' umana con:

cupiscenza, che a malgrado della Divina grazia forz' è soccombere.

Actus hominis sunt illi effectus, quos homo ipse causat sine ullo libertatis usu exercitio, sine previa mentis deliberatione. Actus humani e contra sunt effectus illi, quos homo ipse efficit, nam exercendo libertatem, previa nempe deliberatione.

Actus *honesti* sunt actus humani legi conformes; *turpes* vero sunt a lege difformes. Ex quo patet honestum et utile esse synonima, non minus ac turpia et noxia.

Virtus est habitus contractus in actibus honestis; *Vitium* e contra in actibus turpibus. Hinc veteres recte definiebant virtutem: = Amorem ordinis; odium vero vitium =.

(?) ... Cum Malum sit contrarium Bono, cumque ut bene vel male se habeat a liquid ens sit oportet, sic respondemus ulterius.

Malum *Metaphysicum* est improprie sic appellatum: vult tantummodo significare = Distantiam ab infinito = Unde sic informantur omnia entia, preter Deum solum.

Malum *Physicum* est quicumque defectus, sive deordinatio in rerum natura.

Malum *Morale* denique est quaevis transgressio humana, sive quivis actus humanus a lege difformis.

Vulnera, mutilationes, etc. &c. sunt totidem mala physica; sic caecitas in oculo, calvities in capite, et claudicatio. Peccata autem, culpae et crimina sunt mala moralia.

Dolor et Delectatio, sive Gaudium sunt actus appetitus. Dolor, secundum Augustinum, recte etiam definitur: = Testimonium boni amissi et boni relicti =

... ut actus
appetit.

Quaestio II.

De Rerum Notionibus.

Philosophiæ Epitome.

Præfatio.

Pars Prima

—

Ontologia

sive

Disputatio de iis, quæ sunt.

—

Caput I.

In quo de Mundo disputatur, sive Cosmologia

Quæstio I.ª

De Entibus, quæ Mundum hunc adspectabilem constituunt.

Quæstio II.ª

De præcipuis Entium Mundum hunc constituentium differentiis.

Quæstio III.ª

De Entium Mundum constituentium principiis, sive elementis.

Caput II.

In quo de Homine disputatur, sive Antropologia

Quæstio I.ª

De Entibus humanam familiam constituentibus.

Quæstio IIª

De præcipuis hominum operationibus.

—

Num. I. Quæ sint præcipuæ hominum cognitiones?

A.) Hominum cognitiones aliæ ac aliæ sunt, quas recensere ac probe distinguere operæ pretium est.

Per eas quidem semper cognoscit homo, attamen multum ab invicem differunt.

B.) Cum cum homo se ipsum mutari animadvertit sive in melius sive in pejus, eamque mutationem fere inspicit, tunc per hujusmodi cognitionem dicitur homo sentire.

Cum entia a se ipso diversa homo distinguat; v. c. gr. patrem et matrem, domum et viam etc. tunc per hanc cognitionem dicitur apprehendere.

Cum res apprehensas examinat homo, earumque qualitates et naturam discooperiat, v. gr. patris ac matris colores, domus ac viæ latitudinem etc. tunc per hanc cognitionem dicitur

comprehendere.

Cum rerum comprehensarum qualitates inter se comparet, earumque differentias discernat, ver. gr. patrem, plusquam matrem esse rubicundum, domumque latiorem esse via, tunc homo visiones suas sic extendendo dicitur eruditi. (melius discernere)

Cum rerum comprehensarum et comparatarum causas sive efficientes, sive finales, sive formales inveniat homo, ver. gr. ruboris patris causam esse vini influxum, ac domus latitudinem Domini seu avaritiam tunc per hanc cognitionem dicitur scire

Cum tandem seipsum cogitantem, suasque cujuscumque generis cognitiones consideret homo, tunc per hanc cognitionem dicitur habere cognitiones reflexas a Philosophis a Christianis dicitur habere conscientiam, a nobis autem post Leibnitium dicitur appercipere.

(C.) Præcipuæ igitur hominum cognitiones sunt Sensationes, Apprehensiones, Comprehensiones, Eruditiones Scientiæ, et Apperceptiones.

Num II. Qui sint præcipui memorandi gradus?

(A.) Plures etiam sunt memorandi gradus, quorum comprehensio summopere refert.

Priusquam tamen eos indicemus animadvertimus cum Aristotele; cum sensus sit præsentium memoriam e contra non esse futurorum et præsentium, sed præteritorum.

(B.) Atque primus gradus est, quando homo hanc vel illam cognitionem suam in mente continet, atque conservat: qui gradus proprie dicitur meminisse, sive memorari.

Secundus gradus est res memoria contentas ac veluti obliteratas iterum præsentes reddere, ac veluti ob oculos ponere, easque jam alias habuisse cognoscere: atque hic gradus dicitur recordari.

Tertius tandem gradus est cum animus insistit in recordatione rei alicujus, eamque pro lubitu suo multum retractat cogitatione, ac revolvit: qui gradus proprie dicitur reminisci.

(C.) Tres igitur memorandi gradus habes descriptos in Memoria, in Recordatione, et Reminiscentia.

Num. III. Qui sint præcipui voluntatis actus

(A.) Præcipui humanæ voluntatis actus, sive ubi præcipue homo suum exercet dominium, suamque vim exerit hæc tria sunt: objecta nempe quæ ipse cognovit, illumque circumdant imagines sive phantasmata eorum quæ cognovit ac ipsæmet cognitiones, vis ipsa tandem cognoscendi.

Tria hæc sunt veluti materies, cujus voluntas humana dominatur.

(B.) Et quoad objecta externa sic homo suum exercet dominium, ut nunc corpora a se dissita sibi ipsi approximet, nunc vero quæ sunt sibi proxima, a se ipso amoveat: qui actus dicitur res transferre. Insuper corpora ipsa sibi circumstantia nunc in partes dividit, nunc vero prius disjuncta simul componit; qui actus est revera conditionem rerum adstantium mutare. Atque tantus est in hisce operationibus homo, ut in ejus circuitu omnia tempori propriu mutent adspectum atque hinc etiam habuit illud effatum omnia vitam habere ubi homo adsit; omniaque e contra mortua, ubi homo ipse deficiat.

Dominium suum exercet secundo in imaginibus sive phantasmatibus quæ corporibus a

Discernat rem
esse cognitam rem
per differentiam q...

sensibus nostris recedentibus, in mente tamen remanent, veluti quædam vestigia. Atque sic dominatur, ut easdem imagines apprime unitas dividat, vel apprime disjunctas componat: qui actus proprie dicitur *imaginari*; et qui in hos distinguuntur, aliosque exsuperant, homines dicuntur imaginosi, sive phantastici. Hinc ortum habuit sculptura, pictura et poesis; hinc originem habuere infinita propemodum figmenta. In ipsis cognitionibus suis, eatenus homo dominium exercet, quatenus easdem valet aliquando in mentem revocare, memoriam suam sic quodammodo movens. atque in hoc ipso exercitio ipsas cognitiones nunc enumerat, nunc vero ad invicem confert.

Vis ipsa tandem cognoscendi actionem subit voluntatis humanæ, atque patitur. Etiamsi enim homo sit naturaliter cognoscendi cupidus, attamen ex voluntate sua evenit, ut in hoc potiusquam in illud incumbat studium. Studium insuper quod sibi proposuit, nunc abdicit, nunc intermittit pro suo beneplacito. Quodque summopere venit animadvertendum, hoc est, quod ubi plura habeat ante oculos objecta, nunc eadem intuitu quodam universali complectatur, nunc de uno in aliud ex iisdem objectis suam transferat considerationem, atque reflectat; nunc vero in uno duntaxat objecto omnem suam considerandi vim dirigat, atque intendat. Unde communiter dicitur homo tum Reflexionis, tum Attentionis capax.

C.) Non solum igitur homo diversa cognoscit atque memorat; verum etiam alia atque alia sunt, quæ ipse vult.

Transfert enim complura ex objectis sibi externis de loco in locum, eaque diversimode per divisionem, aut compositionem mutat. Quamplurimum tum imaginibus, tum in cognitionibus potest. Quodque maximi est, vi ipsius intellectus dominatur; huc vel illuc eundem nunc reflectens, nunc inflectens

Num. IV Quid dicendum de hominum lingua?

Num. V. Multum ne belluinas exsuperant humanæ operationes?

Num. VI. Ideæ sunt ne inter hominum operationes recensendæ?

A.) Non jam: ideæ enim sunt quidem elementa cognitionum, minime vero cognitiones Puta ut mensura est quidem mensurationis elementum; minime vero mensuratio.

B.) Dolendum autem est a nonnullis Philosophis indiscriminatim ideas fuisse acceptas pro cognitionibus et cognitiones pro ideis, atque proinde ideas ipsas fuisse spectatas veluti totidem operationes ac affectus ab humana voluntate dependentes; et maximo cum detrimento honestatis. Ubi enim ideæ sint hominum affectus, tunc homines ipsi dici possent cognoscere sine comparatione, sine regula, sine basi

C.) Omnis igitur ex abusu factum est, ut ideæ accipiantur pro cognitionibus ideæ enim ut cum Aquinate loquamur, idem est ac forma, sive lex; cum e contra cognitiones supponunt ideas, ut mensuratio supponit mensuram

Num. VII Quid igitur de idearum origine?

Ideas nos habemus innatas, natas vero cognitiones omnes. atque hac de re aurum est nobis illud Senecæ = Natura nobis semina scientiæ dedit, scientiam non dedit = (Ep. 120.)

Quæstio IIIª

De elementis, sive de partibus hominem constituentibus.

Num. I. Conveniunt ne Philosophi in assignandis partibus hominem constituentibus?

A.) Philosophi inter se conveniunt in asserendo hominem ex pluribus constare partibus: et quousque quæstio hæc e mensis sit generalibus concepta inter ipsos agitetur, eandem videntur habere opinionem. Sed hæc nonnisi apparens consensio nonnisi pacis figmentum

B.) Ubi enim quis eosdem de natura partium interroget, ex quibus homo constat, illico bellum dicuntur.

Alii enim nonnisi ex corporeis partibus sustinent hominem constare: atque idcirco dicuntur Materialistæ. Alii e contra nedum corpore, nedum corpore, sed etiam anima constare asserunt hominem quique ideirco Spiritualistæ, sive Dualistæ appellantur

C.) Nec hic finis. Nam ex Spiritualistis alii dicunt animam hominis in suis cognitionibus sensibus corporis tantummodo adjuvari: atque idcirco dicuntur Sensistæ: sic post veteres Naturales Joannes Lokius, Condillachius cum aliis opinati sunt.

Alii ex Spiritualistis in cognoscendo dicunt animam hominis adjuvari dummodo ideis, quique idcirco dicuntur Idealistæ, quorum Antesignanus fuit Germanus Kantius.

Alii vero quibus et nos subscribimus, et sensu externo quintuplici, et sensu interno sive ideis animam hominis asserunt adjuvari in cognoscendo.

Num. II. Quæ sunt præcipuæ corporis humani partes? . . . .

A.) Præter eas quæ videntur ab omnibus partes præcipuas corporis nostri esse ex arte cont.. tot aliquas solidas, aliquas fluxas, ac vires nonnullas. . . . . . .

Et quidem partes solidæ sunt, ut verba adhibeamus recentissimi auctoris = Ossa, cartilagini, ligamenti, muscoli, membrane, nervi = (Peggi Carlo)

B.) Partes vero fluxæ ut cum eodem prosequamur, sunt = Oltre al fluido nerveo; la linfa del sangue, il grasso della cellulare, il muco, la gelatina delle glandule e membrane, il succo e la midolla delle ossa, la saliva le lagrime, la bile, il succo pancreatico, i succhi gastrici ed intestinali; il vapore che traspira internamente da tutto il corpo, e quello che esce dalla cute esterna, il quale quando trascende si riduce in sudore; il cerume dell'orecchio, la cispa degli occhi, la orina, le feccia etc. = (id.).

C.) Vires autem, ut idem ait, partes solidas respiciunt ac veluti informant: nam = Le ossa si distinguono per la durezza, le cartilagini per la elasticità, i ligamenti per la flessibilità, i muscoli per la irritabilità, le membrane per la contrattilità et turgescenza, ed i nervi per la sensibilità, o meglio per la impressionabilità = (id.)

Atque hæ triplicis generis partes ut merito eas idem auctor vocat = Sono i materiali della fabbrica del corpo umano = (id.)

Num. III. Quæ sint harum partium præcipuæ functiones

A.) Ossa generatim spectata, utpote dura inserviunt ad alias tum solidas, tum fluidas partes sustinendas ac proinde haberi possunt velut totidem fundamenta

Aliæ vero partes solidæ v. gr. cartilagines et ligamenta musculi, et membranæ etiamsi singulæ suum habeant finem, attamen propter eam qua gaudent elasticitatem, inserviunt ad ossa ipsa transferenda, ac proinde haberi possunt ut totidem instrumenta motus.

B.) Partes vero fluidæ vel ad alendas atque augmentandas alias partes inserviunt, velut ad earumdem motus. Quæ vero sive per vias ordinarias recedunt sive per cutis meatus transvolant, generatim superfluæ sunt.

C.) Nervi vero cum vim habeant accipiendi sine materia formas et species rerum sub sensum externum cadentium, easque species sive impressiones ad cerebrum usque transferant, inserviunt ad cognoscenda corpora praesentia, proindeque haberi possunt cum Cicerone tamquam = Interpretes et nuntii rerum, vel cum aliis, totidem animæ fenestræ =

Num. IV. Plures ne distinguuntur sensus externi

A.) Unus tantummodo est sensus externus. attamen pro diversitate sensationis quam homo patitur ministerio hujus sensus externi, diversimmode distinguitur

B.) Unde cum Doctore Angelico loquentes dicimus = Sensus exteriores sunt tantum quinque secundum modos immutationis ab objectis, scilicet visus, auditus, olfactus, gustus et tactus = (1. p. q. 78. art. 3).

C.) Sensus igitur externus sic spectatus quintuplex est.

Num. V. Variis ne nominibus communiter appellantur nervi?

A.) Variis utique appellantur nominibus. Optici v. gr. ii dicuntur nervi, qui ad oculos perveniunt et inserviunt visioni

Acustici, qui ad aures pertingunt, et auditus organum constituunt

Olfactorii, qui ad nares protenduntur, et odoratui inserviunt.

Gustatorii qui ad linguam et palatum diriguntur, et gustui destinantur

Tactiles qui per totam cutem excurrunt, et tactus sensui se præbent

B.) Cum vero ad hos prædictos situs deveniant corporis humani nervi, descendentes sive per medullam spinalem, sive per oblongatam a cerebro, veluti totidem propagines; idcirco sub hoc aspectu iidem nervi spectati, merito dicuntur quædam cerebri ipsius continuatio

C.) Cerebrum tandem ex quo veluti totidem rivuli alii deserviunt nervi, et cum quo comunicant, nomen obtinuit in scholis sensorii communis

Num. VI. Nervi quomodo demonstrantur necessarii ad corporum præsentium cognitionem obtinendam

A.) Experientia duce, hæc eorum necessitas evincit

Homines enim illi qui a nativitate hoc vel illo sensu carent, sensationes illis sensibus respondentes minime habent. Hinc factum est ut apud omnes tamquam proverbium ... pro ... habeatur = Cæcus non judicat de coloribus =

B.) ... semper corporis humani partes, quæ nervis carent, utpote ungues et capilli, vel quæ fuerint nervis ipsis orbatæ v. gr. musculi et ossa, sine ullo doloris sensu reciduntur

C.) Ipsis denique remanentibus nervis si per aliquod ligamen a comunicando cum cerebro prohibeantur, partes infra vinculum jacentes quantumvis lacerentur minime dolent

1835 = 36.

Philosophia

Primi, et Secundi

Semestris

Ann. III

= Omnis Ratio Operis Variatur
Secundum
Diversitatem Finis, et Eorum,
quæ
Operationi subjiciuntur.

S. Thom.

Lib. 4 cont. Gent. cap. 4.

Telelogia,

sive Secunda Philosophiæ Pars.

Lucerna corporis oculus. [illegible]

Præfatio.

Articulo I°.

Quid sibi velit Telelogia

A.) Hucusque per Ontologiæ studium de Mundo pertractavimus, de Homine, de de Deo, de iis nempe, quæ sunt: nunc de caussis finalibus dicere aggredimur, hoc est de Finibus.

Quod est utique illud, quod Telelogia significat.

B.) Multam huic scientiæ dederunt operam veteres Philosophi: quod si in plurimis ipsi, hac de re disputantes, abierunt sententias, hoc si ex una parte eorum pandit ignorantiam, cum una sit tantummodo veritas, ex alia tamen parte eorundem nobis testatur studium. Quinimmo ex nostra sententia, eadem, qua homo, gaudet ætate. Nam antequam homines exterius operentur, interius hoc præ illo volunt nec sese determinant, nisi prius hinc et inde perpenderint rationes

C.) Attamen non defuerunt, qui pro suis et aliis sint huic studio adversati: nec admiramur, si tum veteres, tum recentiores materialistæ hoc dumtaxat fuissent ausi: Sed quod nostram movet indignationem, illud est, quod et alii fuerunt.

Atque hoc scandalum maxime displicuit post Baconem Verulamium, qui utique procul esse amandandas causas finales est arbitratus, nimio causarum physicarum studio abreptus: quodque risum movet, Telelogiæ adversarii nos vocare solent causæ-finalistæ. (scribitur [illegible] Zeller) primo hominem velle, inde operari.

Articulus II.

Quæ sit Telelogiæ Præstantia.

A.) Quæ autem sit, et quanta hujus scientiæ præstantia, per se minime apparet: apparebit attamen statim ac relationes perpendantur, atque innotescant quas causæ ipsæ finales habent cum illis, de quibus in Ontologia disputavimus.

Nobis porro ex Ontologia manifestum est, res quæ mundum hunc constituunt moveri, homines operari, Deumque ipsum velle. Ex Logica insuper innotescit nobis, ea=

[illegible]

tenus res quæcunque perfici, quatenus suum consequuntur finem; tantum igitur Teleologia valet, quantum rei cujusque perfectio.

(B.) Quod magis adhuc elucet, ubi paulisper illa perpendantur, quæ in naturam legum, ac proinde morum necessario influunt.

Porro præterquamquod hominis status ac vires, fines etiam in legum naturam influere, sequenti demonstramus exemplo. Certum autem est nullum Architectum posse (disegno), sive exemplar alicujus ædificii conficere posse, nisi prius cognoverit, ad quem finem ædificium ipsum sit construendum. Quod etiam ex Arithmetica constat: nam pro diversitate multiplicandi quæsiti differat necesse est multiplicator, sive lex multiplicationis.

Nec hic quærimus oportet, utrum nempe ex diversitate etiam materiarum adhibendarum differat necesse sit ipsa natura legum. Hujus enim quæstionis resolutio facilis admodum nobis videtur.

(C.) Tanta igitur est Teleologiæ præstantia, quanta est finis consecutio. Hinc hujusmodi studium a Tullio invenitur dictum: = totius Philosophiæ cardo = (De fin.) tanti immo illud faciebat, ut dicere non dubitaverit. = Hoc enim constituto constituta sunt omnia. Nam in ceteris rebus si ignoratum est quidpiam, non plus incommodi est, quam quanti quæque earum rerum est. Summum autem Bonum si ignoretur, vivendi rationem ignorari necesse est = (De finibus) —

Igitur tantum finium studium refert, quantum ipsa entium perfectio, quantum recta vitæ humanæ institutio, quantum Dei purus amor.

Articulus IV.

In quas Teleologia dividatur partes.

(A.) In hoc vero studio sic operam nostram dabimus, ut a rebus proximis ad dignitas a sensu intellectu facilibus ad difficiles, atque a particularibus observationibus ad generales ac majoris momenti sit progressus. Disputabimus igitur primo de finium existentia; secundo de finium existentium quidditate; tertio de assequendorum finium ratione.

(B.) Videbimus nempe primo an dentur in rerum natura fines, videlicet in rebus, quæ mundum hunc constituunt, in hominibus ac in Deo ipso.

(C.) In hac igitur Teleologia dividitur partes.

(a) per le modo di operare. — (a) per poter quanto da intelligenti: nel volito [illegible]

(b) per la norma della prefinire. — (b) per poter spemere da prudenti: [illegible]

(c) per poter[illegible] : [illegible]

[illegible] regola [illegible]

~ V. C U.

Summo enim bono constituto [illegible]

[illegible]

[illegible] vivendi rationem ignorari necesse est [illegible]

[illegible]

Caput Primum.
De Existentia Finium.

Articulus I
Dantur Fines Particulares.

A.) Finis particularis est ille, in quem vel aliqua potentia, vel aliquod ens venit vel tendit.

Dari porro fines particulares in rebus, quæ mundum hunc adspectabilem constituunt, satis apparet. Sydera Cœli ver. gr. etiamsi quam maxime a nobis disita attamen de situ in situm per motum quemdam constantem transire nobis apparent: quod maxime de Sole est dicendum. Lucem insuper quam veluti effundunt, facile est observare impetu quodam intermittenti emitti; de Sole autem loquendo constat diversimmode calefacere atque splendescere. Neminem autem latere potest ibi fines dari debere, ubi dantur actiones atque progressus.

Quod magis patet si sermo sit de hac nostra tellure de plantis ac brutis. Alumnas habent proprietates ipsæ terræ: suos dant fructus plantæ: atque etiamsi in brutis dentur communes qualitates dantur etiam specificæ et individuales. Terræ insuper pro temporis varietate plus minusve algent, plus minusve solidæ, plus minusve sunt operantes. Quod multo magis dicendum venit sive de plantis sive de brutis. Si igitur quidquid agit, atque progreditur fines habeat necesse est ipsæ terræ, plantæ, et bruta, quorum singula aliquo modo operantur ac moventur fines ibi particulares habere dicenda sunt.

B.) Quod magis ac magis elucet, si sermo instituatur de genere nostro. Homines enim corpus habent, quod generatim loquendo plures attingit ætates, annos, dies, sin minus horas. Quodque corpus talibus est constructum partibus, quarum unaquæque suum habet officium, nec erit qui nesciat, quamvis illiteratus, oculos esse ad videndum, nares ad olfaciendum, os ad gustandum, aures ad audiendum, manus ad tangendum, et quævis alia.

Constat insuper homo anima, quæ triplici gaudet facultate, intellectu nempe ad cognoscendum, memoria ad retinendum, et voluntate ad eligendum inter cognita ipsa et corporis ipsius executio operandum. Atque homines ipsi licet communem habeant naturam, nullus alteri inveniri poterit perfecte æqualis sive proprietatibus, sive in operationibus. Quod si ad cognoscendos fines particulares præcipue in syderibus Cœli aliquo studio opus est, studendum esset ne in nobis apparerent: sic enim vel invitos

irruunt in oculos

C.) Aliter autem res se habet si sermo sit de Deo. Quidquid enim est in illo, sic in immensum crescit, ut neque occultari, neque comprehendi possit. Attamen in ipso Deo fines particulares dari debere ex eo evincimus, quod ipse sit Causa causarum omnium. In tantum enim causæ secundæ atque contingentes huc et illuc moventur, hos atque illos subeunt particulares progressus, motusque actus efficiunt finesque particulares obtinent, in quantum a Deo ipso conservantur, particulariterque moventur. Manifestum igitur est dari fines particulares.

Articulus II.

Dantur Fines Primarii.

A.) Finis primarius vel unum, vel plures alios fines supponit, qui sint ad ipsum ordinati: atque in tantum ipse obtinetur vel obtineri potest, in quantum fines alii obtinentur, vel obtineri possunt. Unde fines isti secundarii, vel subordinati appellantur. In illis proinde entibus dicendi sunt haberi fines primarii in quibus vel actus fiant ad alios actus producendos vel per aliquorum finium executionem, alii obtineantur fines

Fines porro primarios dari etiam in planetis, ex eo apparet, quod ut data velocitate moveantur ac certo lumine ac calore nostram afficiant tellurem, necesse est ut certum aliquem ac determinatum situm in suo cursu occupent, tum quoad Solem, tum quoad ipsam nostram tellurem:

Terra ipsa nuper quam incolimus usque non habet motus annuos, suasque tempestates ac dierum successiones, nisi sub datis circumstantiis aliquibus nempe positis conditionibus. Ipsæmet plantæ non fructificant, nisi postquam efflorescunt: ipsa bruta non multiplicantur; atque conservantur nisi per numerum motuum ac operationum prope modum infinitum. Tum in Cœlo igitur, tum in terra ac in plantis ipsis ac brutis cum alia aliis præactis, fiant et obtineantur fines dari primarios evidens est.

B.) Quod magis apparet ubi nos ipsos ac genus nostrum vel cursim considerare velimus. Quot enim et quanta unicuique nostrum non præstat ut vitam vivere possit? Quot pericula idcirco non veniunt effugienda, quot bona acquirenda? Sine justitia et misericordia nulla haberetur hominum societas nec ipsa justitia et misericordia haberetur sine Dei timore. Vita nostra proinde extra omnem controversiam, finis est primarius. Signa ipsa quibus homo utitur ad sensus suos aliis communicandos eandem veritatem nobis evincunt. Volumus enim loqui, non propter se, sed propter aliud ut nempe loquendo, tum alios cognoscamus, cum ab aliis cognoscamur. Quin immo hæc ipsa verba sunt conditio sine qua non pervenitur ad res spirituales cognoscendas.

Quod si omnes perpendere vellemus vias, omniaque opera, quæ homines faciunt ut gaudeant, ut nempe ad finem hunc *primarium* perveniant, rem tum nimium longam, tum satis manifestam præstaremus.

(C) In ipso Deo tandem finis haberi primarios dicere non dubitamus.

Nam eatenus operantur entia contingentia, finesque primarios operationibus suis attingere nituntur: quatenus a Deo ipse habent, ut sic operentur. Dantur igitur in rerum natura fines particulares apparentes, verum etiam *primarii*.

Articulus III.

Datur finis Universalis.

(A.) Finis universalis est ille, in quem omnes alii fines particulares, et primarii vertuntur, ac veluti sese colligunt, atque adunant: propter quem omnia alia fiunt, ipsum autem res non appetunt, nisi propter ipsum; finis idcirco *ultimus* ac *summus*.

Hujusmodi autem finem dari in rerum natura, plus credimus quam videmus. Nam enim longe abest ut singulorum entium operandi rationes nobis innotescant, ut permulta, quæ in Cœlo emicant, vel terras nos circumdant, ne ea quidem enumerare nobis sufficere possimus. Attamen cum in defectu claritatis melior sit obscuritas quam tenebræ, finem *universalem* dari affirmamus et quidem triplici ex causa.

Ac in primis argumentamur ex quodam ordine inter fines primarios apparenti.

Nullo ex Philosophis diffitente, Cœlum in hanc terram nostram influit, atque ita ut quatuor anni tempestates mensiumque ac dierum successio ex eodem influxu dependeant. Neminem insuper latere potest, vitam plantarum, brutorum, ac hominum, ex ejusdem terræ mutationibus dependere. Si igitur Cœlum inservit terræ motionibus, mutationes ipsæ prædictorum entium vitæ inserviant: non autem eodem modo. Nam homo plantas serit, colit suisque accommodat usibus: bruta si noxia, vel occidit vel effugit; quando utilia sibi comparat iisque utitur quoddam in plantis ac brutis dominium exercens: = L'uomo, inquiebat Rousseauius, è il re della terra che abita; imperciocchè non solo egli domina tutti gli animali, e dispone degli elementi ma egli solo sulla terra ne sa disporre = (Emil. tom. 3.). Quodque magis venit observandum hoc est, quod iste homo, cui cœlum et terra plantæ ac bruta inserviunt, catenus vivit, catenus rerum dominatur quatenus est religiosus, quatenus nempe ille ipse Deo inservit. Hæc omnia satis patent. Ex iis igitur, quæ in dies fiunt, finis apparet, in quem omnia tendunt.

B.) Argumentamur secundo ex harmonia, atque unitate, quæ in rerum natura omnibus apparet.

Ab omnibus enim observari potest, in rerum natura, etiamsi tot et tantis constet individuis, adhuc tamen desiderari duo entia quæ uno dempto numero sibi perfecte conveniant, sibi nempe æqualia. Singula enim, experientia teste, plus minusve ab invicem differunt, et tamen omnia simul coexistunt, ac perdurant, ac simul esse perseverant.

Quod si in agendo aliqua occurrat contrarietas, et quædam pars aliquid amittat, alia augmentatur: ita ut quæcumque collisiones, ac vel ipsa mors in bonum tandem ad commodum cedant aliorum entium. Unde commune est apud eruditos illud effatum: = Destructio unius est conservatio alterius =.

Constanti igitur ac perpetua evincitur experientia, istam entium diversorum collectionem, quam mundum dicimus, adeo concordare, ut nedum simul esse perseverent, verum etiam quamcumque eorum discrepantiam ac contrarietatem in aliorum commodum conferri, ac vel ipsis divisionibus, nam foveri harmoniam

Et quomodo explicari poterit talis harmonia ac tanta unitas in rebus dissimilibus, nisi unus atque idem, [fit fuit] in quem ultimo singula confluant, ac veluti colligantur? Si enim duo homines sibi æquales ac in multis ac multis sibi invicem concordes ad finem diversum, unum ab alio non tenderent, quin illico quævis præcedens eorum concordia et unitas cessaret, et quidem propter finis in quem tenderent diversitatem. Harmonia et unitas, quæ apparet in rebus dissimilibus, quæ Mundum hunc admirabilem constituunt, necessario supponit finem Universalem rerum omnium.

C.) Argumentamur denique ex ipsa infinitatis natura:

Res est apud omnes in confesso duplicem ordinem dari quoad fines, intentivum nempe et executivum: et eatenus ex causis intelligentibus aliquid effici, quatenus prius volitum. Prius enim est velle inde operari; atque ideirco dicitur = Principium executionis est intentio = (S. Thom.). Porro si in ordine intentivo nihil esset, quod propter se videretur, quod ultimo nempe desideraretur, tum omnia intenderentur propter aliud, ac quidem sine fine.

Sed quum infinitum non sit pertransire, ut inquiebat Aristoteles, hujusmodi processus in infinitum omnem prorsus excluderet executionem. Sed ordo executionis omnibus est manifestus nihilominus omnibus certus esse debet finis universalis.

Nedum itaque fines particulares et primarii, verum etiam finis summus in rerum natura dari apparet.

Articulus IV.

Objectionum Resolutio —.

A.) Maximopere finium demonstratio displicet impiis; ~~atque~~ eamque omnimodis inficiari nituntur.

Et finium particularium existentiam denegant, primo, sic nos interrogantes: = = Se vedete che crediamo, rendeteci ragione d'ogni cosa = (Veri principj cap. X. pag. 50.). Sed perperam prorsus: nam ut aliquid admittatur necesse non est, ut omnia explicentur. Nec nos aliud supra affirmavimus, quam fines existere particulares quod probe differt, et intentione omnium rerum naturam explicandi. Infinite enim distant, ut norunt, sequentes quaestiones: an sit, quid sit.

B.) Finium vero primariorum existentiam denegare arbitrantur dicentes, aliqua fortuito et casualiter, concurrere posse in alius productione: atque proinde nos immerito ex hoc concludere in finibus subordinationem: nam quod aliqua fortuito concurrant in alius productione, quin neque spectatores id cognoverint, non diffitemur. Quod autem hoc eveniat sine sua causa, negamus. Igitur cum aliud sit defectus cognitionis, et aliud defectus causae, ex eo quod in rerum natura dantur effectus fortuiti et casuales quoad spectatores, ex hoc dici non potest eadem fieri etiam sine ordine ac causa.

Quod sic Aquinas illustrabat — sicut et concursus duorum servorum licet sit casualis in quantum ad eos, est tamen provisus a Domino, qui scienter sic ad unum locum mittit, ut unus de alio nesciat = (1. q. 1. 22). Aliter ex nihilo aliquid fieret.

C.) Finis universalis existentiam tandem denegant, ex eo quod tot ac tanta homines patiantur in hac vita, atque tot et tanta sibi invicem adversentur.

Quod quidem inepte opponunt: ex eo enim quod tanta patiantur homines hoc unum deduci potest, ad conditionem nempe prorsus diversam eosdem esse factos. Item eatenus aliquid displicet quatenus contrarium placet, quodque tam longe abest quod adversariis faveat ut potius causam nostram confirmet. Opponentes rerum collisiones cum in bonum commune cedant, ut supra dicebamus, nobis favent, non adversariis.

Caput II.
De Essentia Finium.

Artic. I.
Deus est Causa Finalis omnium, sive Finis Universalis

(A.) Deum esse causam omnium finalem, sive finem universalem, vel ipsa Religione Catholica edocemur.

Dicitur enim Deus de semetipso effatus: = Ego sum A et Ω; primus et novissimus = (Apocal. cap. ult. v. 13.); atque etiam: = Universa propter semetipsum operatus est Dominus = (Prov. XVI 4.). Hinc Ecclesia omnia in Dei gloriam facienda docet. Hinc priscorum temporum Catholicis fuit in more positum, in variis generis monumentis per sigłam A, et per sigłam Ω Deum profiteri, et acclamare rerum omnium principium et finem, ut videre est apud Joan. Bapt. Gener in sua Theologia Dogmatico-Scholastica (Tom. IV. lib. 1 cap. [illegible]).

(B.) Quod vel ipso rationis lumine, quam satis cognosci probe arbitramur. Cum enim Deus sit primus agens, prima causa, ens entium, in unoquoque rerum genere primas habeat necesse est partes. Quod neutiquam verum esset, si in tot ac tantis finibus tum particularibus, tum primariis vel ipse nullatenus esset finis, vel primarius duntaxat. Deus igitur in ordine causarum finalium, prima causa finalis sit oportet. Praeterea quomodo infinite sapiens ac Rectio æterna esse posset Deus si finis universalis non foret? Tunc enim vel sine ratione operatus esset vel aliqua inductus ratione finita: quod cum sit quaquaversus absurdum repugnat enim Deum esse insipientem nec antequam res crearentur propter eas aliquid fieri poterat iterum concludamus oportet, Deum solum esse rerum omnium Causam Finalem.

Quod si nonnullis interpretibus credas ex ipsis saltem [illegible] Ethnicis aliqui cognoverunt. Architas vero Tarentinus secta Pythagoreus; Plato ... ipsius [illegible]; Atticus Platonicus; Trismegistus, et Anaxagoras; Seneca, Socrates, Plutarchus, Maximus Tyrius, Porphyrius, Iamblicus, Plotinus, Proclus, Aristoteles et alii. Quorum primus illam protulit sententiam: = Deus est principium, medium, et finis rerum omnium =.

(C.) Finis igitur rerum omnium ultimus est Deus opt. max. = Non quasi sua actione aliquid acquirat, quia non est in potentia ut aliquid acquirere possit, sed solum ut sua perfectione quo potest aliquid elargiri = (S. Thom. 1. [illegible]) = Non propter suam utilitatem sed solum propter suam bonitatem = (1. q. 44. 4.). Hoc in sensu Deum cum D. Aquinate dicimus omnia propter semetipsum fuisse operatum.

[illegible] — [illegible]

[illegible] — [illegible]

[illegible] — [illegible]

Quod concinne admodum Poeta noster sic versibus exprimebat:

Perocchè il Ben ch'è del volere obbietto,
Tutto s'accoglie in Lei, e fuor di quella
È difettivo ciò ch'è lì perfetto. . . .

E quinci appar ch'ogni minor natura
È corto ricettacolo a quel Bene
Che non ha fine e se in se misura

. . . .

I terreni animali, o menti grosse
La prima volontà ch'è per sè buona
Da se, ch'è sommo Bene, mai si mosse
Cotanto è giusto quanto a Lei consuona;
Nullo creato bene a se l'attira
Ma Essa radiando Lui cagiona

Dante. Paradiso.

Articulus II

In quo consistat ultimus hominis finis.

N. I.

Consenserunt ne Philosophi in statuenda beatitudinis natura?

A.) Minime gentium! Nam ante Christi adventum adeo hac de re dissentiebant inter se Philosophi, ut in ducentas octoginta et octo abiisse sententias, ex D. Augustino innotescat (De Civ. D. lib. XIX. cap. 2.). Quod occasionem praebuit Senecae dicendi = Vivere omnes beate velle, sed ad pervidendum *quid sit* quod beatam vitam efficiat caligare = (De beata vita sub init.).

B.) Quę multiplex veterum Philosophorum dissensio post Christi adventum, ejusque Evangelii diffusionem maxima ex parte defecit a scholis

Non evanuit tamen; tum quia non omnes Philosophi nomen dederunt Christo; tum quia inter ipsos Christianos Philosophos hoc progressu temporum factum est, ut sine ullo ad fidem respectu, ex nimio ratiocinandi studio abrepti e cineribus veteres Philosophorum errores revocare sint conati.

Nec dicere dubitamus tantam quę inter Philosophos recentiores ac insipe-vitos, cum reipublicę detrimento, exarsit opinionum discrepantia, aliunde ortam non esse, quam a duabus hisce causis, a nimia nempe veterum reverentia, atque ab exigua ratiocinandi vi.

C.) Nec ab re erit hic tot diversarum opinionum auctores in quasdam distribuere classes, sive ad memoriam adjuvandam, sive ad facilius errorem cognoscendum.

Philosophos igitur hac de re inter se dimicantes in tres dividimus classes. Quarum prima illos complectitur Philosophos qui animum demovere studuerunt ab hoc studio: quarum secunda illos complectitur, qui animum applicare, ac in eo retinere studuerunt, quod finis tantummodo erat intermedius; et quarum tertia illos complectitur, qui animum quidem applicare studuerunt ad ultimum finem, sed sine debito ordine ad fines intermedios.

Cᵒ. II.

Filosofi che cercarono distogliere dallo studio dell'ultimo fine.

A.) Fra' Filosofi antichi furono gli Academici, i quali cercarono di allontanare i loro allievi dalla ricerca dell'ultimo fine; non che essi pensassero che l'uomo fatto non fosse per la felicità ma spaventati dalla difficoltà di trovarla conchiusero non doversisi neppur pensare stabilendo in questo proposito per regola di umana condotta di non decidersi per niente, di restare col proprio giudizio mai sempre sospeso: e con ciò vennero per unico rifugio dell'uomo a suggerire il dubbio universale.

B.) Non così direttamente, ma con più di efficacia ebbero ad allontanare dal fine ultimo i così detti Materialisti. Non volendo essi una Causa Prima, e non volendo riconoscere alcun disegno nel Mondo, ebbero per così dire a togliere ogni idea, ogni possibilità di uno stato, o vita dalla presente diversa, essendo per loro la morte una vera distruzione dell'uomo. Sentenza come ben si vede la quale così dispensa affatto dalla ricerca del fine Ultimo, avendolo co' suoi principj presentato per assurdo ed inesplicabile.

C.) Quegli in fine che ebbe sommamente a nuocere alla ricerca dell'ultimo fine egli si fu Bacone di Verulamio: abbia egli fatto questo con intenzione, o no, non vogliamo decidere. Il fatto sta che non avendo Lui consacrato a unico canone per criterio di verità l'argomento d'induzione, il quale si può soltanto applicare nell'esame di quanto ferisce i sensi, di quanto ha parti fuori di parti, egli ha per intiero alla disquisizion dell'uomo sottratto le cause finali, le quali non cadono sotto i sensi. E così tutti i costoro avendo incatenata la ragione alle vicissitudini della materia, o vogliasi o no ogni diritto le han tolto per lo studio dei fini.

Sorti per conseguenza tutti nemici della moralità delle azioni e per conseguenza dell'umana felicità.

= Costoro sono gli Apostoli della dissoluzione. come Hume

Num. III.

Filosofi, che l'ultimo fine dell'uomo dissero consistere in Beni di mezzo.

A) Sono per una moltitudine quelli tra Filosofi, che non nel fine vero, non nel Bene sommo, ma in fini secondarj, in beni di mezzo pretesero consistere l'ultimo fine dell'uomo: nè noi qui ne accenneremo se non che alcuni.

Fra gli antichi per es. che a questa classe appartengono, sono gli Epicurei, gli Stoici, i Peripatetici. Volevano i primi consistere la felicità dell'uomo nella voluttà de' sensi, ossia come dice S. Agostino, nel vivere secondo la carne. Volevano i secondi consistere la felicità nell'esercizio della virtù, o come diceva lo stesso il Padre, nel vivere secondo lo spirito. Opinioni tutte e due come ben si vede le quali ognuna dal suo canto metà dell'uomo dimenticavano.

I Peripatetici poi seguaci di Aristotele dissero doversi collocare l'umana perfezione nel vivere secondo la carne e secondo lo spirito come se l'uomo bastasse a se stesso, ed essar potesse felice in mezzo a' beni finiti e fragili.

B.) A questa classe noi assegniamo pure tutti que' politici, i quali alla maniera del Puffendorfio, la base collocarono e la ragione d'ogni legge civile entro la sfera dei beni di questo Mondo.

Tale per noi è il Grozio, il quale a radice di siffatte leggi volea fosse la custodia della società; il Tommasio, che in vece voleva la vita presente; il Cumberland che in vece voleva la massima benevolenza di ciascuno verso di tutti; i due Cocci che invece volevano l'ordine naturale; l'Elvezio la carità universale; Volfio, la perfezione di se stessi; D'Alembert, il sommo apatismo; Zellinger i fini della natura; Genovesi, la salvezza dei diritti; Finetti, quella dell'ordine.

C) A questa classe pure appartengono gli antichi e moderni Elpisici, ossia Speranzisti, i quali ebbero a sostenere consistere la felicità nella speranza, che è quanto dire essere felice chi brama di esserlo, supponendo così tendenza senza scopo, come se la illusione non cessasse a chi si sovviene che è illusione.

Che se ai Politici sopraccennati si può applicare la seguente sentenza del Petrarca:

> Porvenni miserabil vanitate
> Fermare in cose il cor, che il tempo preme,
> Che mentre più le stringi, son passate.
>
> Trionfo del Tempo v. 41.

a questi stessi desiderosi, ultimamente palleggiati da Ugo Foscolo, si può ri:

Filosofi Indiani.

potere col Metastasio:

Speranza lusinghiera,
Tu sei la prima a nascere,
Sei l'ultima a morir.
Mà dell'altrui tormento
No, che non sei ristoro,
Ma servi d'alimento
Al credulo desir.

Num. IV.

Filosofi, che additarono bensì l'ultimo fine, però senza il dovuto riguardo ad altri fini.

A.) Filosofi per ultimo più perniciosi furon quelli, i quali bensì furon d'avviso che Dio solo era l'ultimo fine dell'uomo; ma vi fallarono poi, insegnando, che come tale Iddio Signore lui solo doversi dall'uomo ricercare restando per riguardo a ogni altra cosa indifferenti affatto, e per così dire passivi.

Onde questa loro opinione ebbe a dirsi con ragione Quietismo, ed i seguaci loro Quietisti.

B.) Quest'errore si trova nel quarto secolo, come attesta S. Epifanio: e fu un certo Evagrio Anacoreta, il quale, al riferire di S. Girolamo, in un suo libro di sentenze pretendeva di levare all'uomo ogni sentimento di passioni. Sulla fine del secolo XIII. i Begardi spinsero la cosa fino ad asserire di non aver bisogno di preghiera nè di opere buone, e di non opporsi alla concupiscenza della carne.

Michele Molinos richiamò nel secolo XVII. a vita quest'errore, ma quanto riguardava la parte spirituale dell'uomo, fece del chiasso; ma Innocenzo XI. che lo condannò, ebbe a ripararvi.

Sulla fine dello stesso secolo però ebbe questo errore ad agitare alcuni spiriti nella Francia: tale fu Madama Guyon il Padre Lacombe Barnabita e sopra tutti fece di sè parlare M. di Fenelon col suo libro intitolato: Massime de' Santi.

C.) A questo stesso errore sollevarono quei filosofi che osarono ad insegnare = bastar l'intenzione per la bontà delle opere = (Machiavelli).

Che se fosse vero il Quietismo nel senso materiale e spirituale in allora l'uomo dovrebbe potersi perfezionare, ancora nella natura sua minerale, e corporale in allora l'ozio il più esteso, eguale che l'attività più completa dovrebbe essere lecito

filosofi pisani.

e morale: vi allora troppo gli dovrebbe dir superflua la natura che dell'uomo fornì mezzi per operar: vi allora Dio medesimo dir si dovrebbe causa di tutti i funesti effetti, e dell'accidia, e del desiderio superfluo della felicità, e di una natura così disordinata.

Opinione, la quale a ragione ebbe a dirla il Bergier, incamminante l'uomo = In uno stato d'imbecillità, o di sincope = (Diz. Encicl. Quietismo), e opinione per conseguenza, la quale è da considerarsi per una vera malattia dello spirito.

Num. V.

Quæ nostra sit hac de re Sententia

A.) Quibus Philosophorum generibus recensitis, hoc est, quod hac de re sentiendum arbitramur.

Dicimus primo, et quidem contra Philosophos primæ classis, nedum aliqua in re ultimum hominis finem consistere, verum etiam ejusdem rei naturam posse ab hominibus inveniri. Quod si verum non esset, tunc natura nos in frustra desiderantes fecisset; tum nihilo minus quam a Deo ipso, necessario miseri fuissemus facti. Deus vero, utpote infinite bonus, nullum sine suo demerito vel persequitur, vel persequi potest.

B.) Dicimus secundo adversus secundæ classis Philosophos, in nulla re finita, quæ facta sit, vel fieri potest ultimum hominis finem consistere posse.

Causa vero, cur hoc affirmamus, est, quod res qualibet finita eodem tempore a pluribus haberi non possit totaliter, quando evidens est omnes homines indiscriminatim felicitatem exquirere. Quod si res qualibet finita a pluribus eodem tempore habeatur, tantum unicuique deerit, quantum ceteri possidebunt (Firm. Lact. De ira Dei c. ?). Proindeque per ejusdem impossessionem nullius compossessoris possibilis est felicitas. Quævis insuper res finita, utpote contingens, nullum ex suis possessoribus in perpetuum de se gaudentem reddere valet: ac nullum proinde ex suis possessoribus, liberare potest de timore suæ amissionis. In nulla igitur re finita consistere potest ultimus finis hominis, quo habito omnis appetitus quiescere debet, quo habito omne desiderium expletum ac natura undique perfecta esse debet.

C.) Dicimus tandem contra Philosophos tertiæ classis, Deum quidem esse ultimum hominum finem, non autem excludendo, sed alios includendo.

Deus nempe est finis in quo ultimo homo quiescit: fines autem secundarii sunt veluti gradus, per quos finis ille est attingendus sive medium quo finis ille ultimus ab homine obtinetur. Qua de re D. Aquinatem mirifice scribentem, afferre nobis placet: = Beatitudo est finis, quo anima in Deo quiescit, non in qua quiescit, quia non in ipsam, sed per ipsam in Deo quiescimus = (D. Thom. quæst. 61. cap. III).

Tutto [illegible]

C [illegible]

Num. VI.

In quo denique homo, quoque tendere debeat sive quis præcipue esse debeat ipsius ordo intentivus –

A.) Cum igitur ex dictis, plures appareat hominem habere fines, ac quidem aliquo inter se ordine connexos; consequens est, non quocumque modo hominem eum intendere debere, nec quamvis intentionem illi sufficere posse. . .

B.) Quo autem ordine illum intendere debeat, facile apparet, ubi hæc attentè expendamus.

Primo certius Deus optabile finis universalis rerum omnium, et hominis ipsius sine ulla hæsitatione ultimus finis ipse est, maxime desiderandus. Hominem cuiusper latet, omnia generatim ab homine ipso fieri, ut gaudeat: secundo loco igitur suæ ipsius perfectionem homo concupiscat necesse est. Experientia quotidiana tandem constat, non quovis agendi modo, non secundum quamcumque legem hominem gaudium sperare posse; sed certis duntaxat modis, sed secundum quasdam tantummodo leges; igitur quod tertio est homini desiderandum, est ipsius gaudii ratio sive lex.

C.) Patet igitur hæc tria præcipue ab homine esse desideranda. Deum semper primo, felicitatem suam secundo ac legis executionem tertio

Quam veritatem, quæ totius philosophiæ moralis est fundamentum, Christus Dominus illis verbis hominibus aperuit: = Sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua =.

Num. VII

Quomodo etiam Deus eodem tempore finis ultimus et formalis spectari potest

A.) Finis ultimus hominis est, quatenus ab eodem diligitur ex totis viribus, quatenus bonus sibi: finis autem formalis est, quatenus hominem ipsum, postquam secundum legem operatus, felicem reddit; quatenus nempe bonus nobis

B.) Quam veritatem sequentibus verbis est Angelicus explicare dicebat: = Creaturæ rationalis est quidem Deus finis ultimus ut res; beatitudo autem creata, ut usus vel magis fruitio rei = (1. p. quæ. 26. art. 2.).

(cfr. la Prima ...) Unde licet Deus sit æternus, et infinitus in seipso, beatitudo tamen est creata, et finita quamvis in perpetuum duratura. Atque hoc in sensu evidens est beatos inter se infinitas differre posse.

exiftentia – Objectum . . .

Num. VIII

In quo fines primarii dicendi sunt consistere

A.) Quoad vero finium primariorum naturam, nos fere undequaque ignorasse fatkamur oportet.

B.) Si de nobis dicere velimus, finem nostrum quoad intellectum est visio Dei; quoad voluntatem est fruitio Dei ipsius: quoad corpus est valetudo perennis.

C.) Atque hoc semper dictum intelligimus, de illis tantum hominibus, qui ordinem intentionum superius laudatum sint executuri.

D.) Atque nostra hæc sententia, nil melius audiri poterit, his Augustini verbis: = Civitatis cœlestis rex est veritas; lex, charitas; modus æternitas = (Ep. V. ad Marcel.) Hac de re multa invenias dictitasse (avere blaterato) Philosophos; perpauca vidisse.

Num. IX.

In quo denique fines particulares dicendi sunt consistere

Hac super re hoc tantummodo dicere possumus, partium capacitatem esse primario fines finium particularium ipsi naturam.

Caput III.

De Actioni Finium

Articolo I.°

Con che ordine agiscano queste tre specie di Fini.

A.) L'ordine con cui queste tre sorte di fini agiscono, e determinano le potenze ad agire, per quanto noi giudichiamo è il seguente.

Ogni fine particolare ver. gr. piega ed inclina una data potenza: ogni fine primario invece eccita e spinge più potenze, ma col mezzo di più fini particolari, sopra dei quali ha immediata influenza: il fine universale per ultimo tutte le potenze, per così dire trae dalla loro indifferenza, e le inclina determinatamente; agendo esso sopra cadauno dei fini primarj.

B.) Presso a poco come avviene in un'armata regolare, dove il Generalissimo coll'autorità sua mette, è vero, in movimento tutti i soldati: per altro ciò egli ottiene col comandare immediatamente alla ufficialità; e da lui comandati gli ufficiali, comandano ai loro subalterni e questi fan muovere i loro dipendenti.

(1.) Per la qual cosa l'azione del fine universale è di primo ordine: quella dei fini primarj è di secondo ordine; e quella dei particolari è di terzo ordine.

La ragione quindi il fine universale, universalmente primo e da nessun altro dipendente, è il più illustre; e dicesi con tutta proprietà il fine dei fini. Quando tutte le creature non son altro che tante elitropie per riguardo di Lui, Egli per contrario per conto loro è il vero Sole.

Articolo II°.

Con che forza i fini medesimi muovino le potenze.

4.) La forza poi con cui ognuno di siffatti fini agisce nella sua rispettiva sfera, risponde alla natura medesima delle potenze, ossia armonizza con le qualità degli enti.

E ciò diciamo appoggiati a questo riflesso, che quella stessa, la quale ha le cose tutte create, quella stessa le vuole perfezionate, essendo Dio principio e fine d'ogni cosa ed essendo Lui infinitamente sapiente ed infinitamente buono ed infinitamente potente.

Che se l'azion dei fini non istesse in armonia colle qualità naturali delle cose, ciò dovrebbe riporsi in Dio, o perchè ciò non vide, o vedendolo tuttavia il volle, o non volendolo non ebbe forza di impedirlo: assurdi tutti e tre amenti.

Che se sotto un Dio infinitamente sapiente, buono, e potente vi si trovano degli sconcerti e dei mali, tale non può essere se non che un digradamento, ed in castigo di creature per volontarii eccessi.

3.) Dovendo dunque essere l'azione dei fini in giusto rapporto con le qualità naturali degli esseri, i quali trovinsi in via alla perfezione, ne segue che l'azione dei sopraccennati fini viene ad essere con le cause fisiche necessitante; colle cause libere, contingente.

E' quindi nelle cause fisiche tale che le determini, non solo in genere; ma anche in specie, che le possa non solo ad agire, ma anche a questo o quell'atto unicamente: quando per contrario in riguardo alle cause libere esser deve tale l'azione dei fini, che li muova al bene, non però in ispecie, non però ad un atto solamente.

NO //

(.) Onde al proposito scriveva l'Angelico = Sicut ad Divinam Providentiam non pertinet rerum naturam corrumpere sed servare, omnia movet secundum eorum conditionem: ita ut ex causis necessariis per motionem divinam sequantur ef-

fectus ex necessitate: ex causis autem contingentibus, sequantur effectus contin=
gentes = (1. 2. quæ. 10. art. 4.).

Onde in tutta estensione è filosofica quella sentenza del Nazareno = Deus non est mortuorum, sed vivorum =.

Articolo III.

Con che effetto agiscono i Fini –

A.) Poichè poi a Dio nessuna cosa uguagliasi, ma tutte da Lui infinitamente distano, all'azion sua come fine universale tutto deve in ultima analisi sottostare ed uniformarvisi. Ed il primo effetto, oltre ogni guisa di movimenti, che sempre di là ebbero principio, sarà quello che tutto cesserà di muoversi, tutto avrà a fermarsi, essendo il riposo il fine d'ogni movimento

In conseguenza di che dovrà egli succedere un ordine di cose affatto nuove, dove ogni cosa sarà stabile, ed ogni attributo, perpetuo. Verità con cui consuona quanto la stessa Rel. Cattolica insegna.

B.) Il secondo effetto di quell'azione suprema di quei fini egli pure sarà, che le cose in quello stato di universal quiete arrivanno a fermarsi da quello che prima erano, senza cioè cambiare il fondo della loro natura.

Vi si fermeranno ver. gr. le cause fisiche, ma sempre da automati, quandochè le cause libere, come sono gli uomini, arriveranno a quella quiete, o inattività, secondo che più o meno ebbero usato della libertà loro.

Quindi se le cause fisiche resteran sempre automi, gli uomini stessi saranno perpetuamente o felici, o infelici.

C.) Ed in questa quiete, ed in questo nuovo stato di cose, e sopra questa massa di felici, od infelici, Dio sarà quello il quale unicamente avrà a regnare. I beati se ne loderanno là di lui Santi; i dannati pure riconosceranno la di lui giustizia in quella eterna quiete da tutte le creature si alzerà un inno di gloria alla Maestà di quell'Ente = Ex quo omnia, per quem omnia, et in quo omnia =.

= Quis mihi dabit pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam? = (Sal. 54. 7.)

— Fine —

Nomologia

Tertia Philosophiae Pars

Communiter Ethica dictas, sive Philosophia Moralis

Caput I
De Existentia Legum.
Caput II.
De Natura Legum.
Caput III
De Officiis sive Legum [illegible]

Caput I
Articulus I
De Legum Definitione.

Num. 1um.
Quid Lex in genere

Lex generatim sumpta est regula sive forma, vel ratio juxta quam entia vel in melius mutari possunt, vel reapse mutantur.

Quae in sensu ab ipso Aquinate dicta fuit = Exemplar rerum fiendarum vel artificiatarum = (q. 93 art. 1). Quod in lingua nostra dicere [illegible] [illegible] =

Sed melius adhuc legem definivit Aquinas, eam dicendo = ~~[illegible]~~ actus Ordinem rerum in suos actus, et fines. Cumque res quaelibet per finis, [illegible] [illegible], apparet etiam legem generatim sumptam merito dici posse rationem ad [illegible], sive rationem boni =

Num. 2. Quid Lex Aeterna

Lex aeterna est ipsa Dei sapientia, est ipsum Dei lumen, est quod communiter dicitur aeterna veritas

Cum autem omnia Deo possibilia sint, atque ab ipso, omnia quę existunt, dependeant, apparet legem ęternam esse rationem tum possibilium, tum existentium.

Quocirca Augustinus ajebat: = Ut igitur breviter ęternę legis notionem, quantum valeo, verbis explicem ea est, qua justum est, ut omnia sint ordinatissima = (S. Aug. lib. 1. De Lib. arbit. IV. 15).

Num. III - Quid Providentia?

Providentia est ipsa Lex ęterna qua Mundus iste, sive adspectabilis rerum creaturarum collectio in suos actus ad fines ordinatur.

Ab ipsa tamen distinguitur, in quantum res tantummodo existentes respicit, sive rationem objecti; non autem intrinsecę. Minori igitur ex hac parte extensione gaudet quam Lex ęterna, quę insuper ad possibilia sese refert.

Cumque Providentia fiat, ut quęlibet creatura ad perfectionem sit ordinata, sapienter admodum eam invenimus dictam ab Aquinate = Rationem ordinis in finem =

Num. IV. Quid Lex Naturalis et Quotuplex

Lex Naturalis est ordo rebus creatis intrinsecus ac innatus, insculptus, quo quęlibet earum in suos dirigitur actus ad fines.

Qui ordo se habet ad Divinam Providentiam, ut cum ipso loquamur Aquinate, utpote se habet = Artificiatum ad artem = Hinc merito venit concludendum cum Divo eodem = Unde patet, quod lex naturalis nihil aliud est, quam participatio legis ęternę = (1. 2. quę. 91. art. 2.)

Duplex autem est lex naturalis, physica nempe et moralis. Physica sic potentiam suam ordinat, ut prętiriri ab ea non possit. Unde lex etiam dicitur necessaria, sive mecanica: entia vero sic ordinata appellantur automata. Moralis autem lex sic potentiam ordinat, ut tamen prętiriri possit. Unde etiam quamvis leges hujusmodi ad perfectionem sint necessarię, cum libertate componuntur, quę est facultas in homine ad opposita. Atque idcirco homines, etiamsi nonnulli hisce legibus adstricti, et ligati, dicuntur tamen entia libera.

Num. V. Quid Lumen rationis, intellectus, synderesis, et conscientia.

Lumen rationis est quędam imago et similitudo Divinę Providentię animis hominum insidens, ac quędam proinde ęternę legis participatio in creatura rationali: Unde D. Thomas hac de re sic Deum alloquebatur: = Lumen rationis quod in nobis est in tantum potest ostendere nobis bona, in quantum, Dñe, est lumen vultus

tui, idest a vultu tuo derivatus = (1. 2. quę. 19. art. 4). Vel ut aliis verbis utamur sub nomine luminis rationis illę veniunt leges naturales, quibus singuli homines ad suos actus et fines ordinantur.

Quodque lumen rationis simpliciter dicitur Intellectus, quatenus sine discursu veritatem intuitur. Et dicitur Intellectus Speculativus, quatenus est habitus principiorum speculativorum, sive idearum; practicus autem, quatenus est habitus principiorum practicorum sive legum. Quod si per discursum et ratiocinationem aliquid intelligat, tum non jam intellectus sed ratio appellatur.

Synderesis porro nihil aliud est quam intellectus practicus, sive habitus principiorum practicorum et operabilium. Cum e contra Conscientia est judicium, quod mens ipsa intus profert de suis actibus humanis; per quod judicium eosdem actus advertit sint nec ne conformes vel difformes a lege. Tantum igitur conscientia a Synderesi differt, quantum actus ab habitu, quantum operatio ab operandi facultate.

Num. VI Quid Lex positiva et quotuplex?

Lex positiva est quę vel a Deo in hominibus est superaddita, quemadmodum [illegible] erat ex [illegible] sive cęremoniales, sive judiciaria, vel quę ab hominibus ipsis potestatem habentibus a Lege naturali fuerit deducta, suisque subditis lata.

Hinc patet quamcumque legem positivam ęternam legem aliquo in sensu participare eque velut fundamento niti. Patet insuper aliam Divinam, aliam humanam esse Legem Positivam.

Lex insuper humana dividitur in civilem et ecclesiasticam. Atque illa in familiarem, nationalem, ac jus gentium subdividitur; quę totidem sunt = conclusiones ex principiis = (1. 2. quę. 95. art. 4) alias leges tyrannę dicerentur.

Ecclesiasticę vero in apostolicas, in Oecumenicas et Synodales subdividuntur, quę etiam sunt totidem conclusiones, vel ex lege naturali, vel ex lege positiva Divina vel ex utraque.

Articulus II.

Leges existunt.

N. I. Utrum dentur Leges Positivę

(1) Multa hic de re dici possunt tum ad Leges Positivę Divinę tum ad aliarum legum positivarum particularem existentiam demonstrandam: nos autem contenti erimus si leges Positivę generatim [illegible] existentiam [illegible]ntenti [illegible]

B.) Dari porro hujusmodi legem, illico patebit, ubi diligenter, quæ sequuntur, perpendamus.

Experientia quotidiana constat, omnes patresfamilias sibi subditos regere ac gubernare omnes nationes suas habere constitutiones, ac omnia regna suum habere codicem.

Has insuper leges nonnisi humanam habere originem, vel ex eo fit manifestum, quod vel ætatem suam habeant, vel auctorem suum recordentur, vel ab invicem differant; quæ omnia minime naturalia dici possunt, cum natura sit omnium temporum, ac omnibus hominibus communis.

C.) Has tandem humanas leges totidem esse ex principiis generalioribus conclusiones, ex eo evincitur, quod singulæ etiamsi ab invicem differant aliquid tamen commune habeant aliquid tamen singulæ intendant, atque obtinere nitantur quod merito earumdem quasi principium sit habendum.

Omnes enim patresfamilias omnes nationum duces regnorumque dominatores suis legibus felicitatem comparare suis subditis sunt conati.

Res igitur est manifesta; dari leges ab hominibus latas secundum aliquam normam antecedentem, quæ utique sunt leges positivæ.

Numerus II. Utrum Lex detur Naturalis

A.) Legem dari naturalem Auctor noster Joannes Baptista Savioli ex eo asserit = Quod quisque ex semetipso intelligat, quid sit bonum, quid sit malum = (Vol. B. pag. 82.)

Sed animadvertendum est nullam dari ex ejus sententia ideam innatam, sive naturalem. Quomodo igitur sit nobis intelligere sine judicio, sine regulis, sine ideis explicet ille, qui ejus auctoritati se se subdere opinatur. Animadvertendum secundo si hujusmodi ratiocinatio valeret, tunc ad probandum adduci posset quod est in quæstione: ex eo enim Auctor vult dari legem naturalem quod quisque justum ab injusto secernat, quodque nulla probatione roborat. Animadvertendum tertio hic unicuique hominum tribui facultatem solam ex semetipso dignoscendi legem naturalem: quod prorsus falsum, sine enim educatione homines sibi relictos belluas non superare constat. Quod tandem necessitatem Revelationis adversatur, ac prorsus inutiles omnes declarat magistratus.

Cum igitur in re tanti momenti, a qua tota Philosophia Moralis fere pendet, sic deficiat auctor noster iis quæ sequuntur momentis legem dari naturalem demonstrandum nobis visum est.

B.) Legem porro dari naturalem duobus præcipue momentis conficimus.

Ubique temporum ac locorum homines in speculando, ac ratiocinando, eadem sequuntur principia: ita ut sive Mathesi sive Geometria, sive Metaphysica in suis demonstrationibus eadem procedunt via, iisdem nituntur fundamentis. Quæ insuper principia, per se sunt omnibus nota nec aliqua indigent demonstratione: sine enim discursu intelliguntur unde factum est ut principia hujusmodi a Philosophis dicantur per se nota, et admodum recte lingua nostra appellentur = Verità intuitive =

Ubique temporum pariter ac locorum virtus laudibus afficitur, vitiumque dirisionem. Semper enim virtute præditi in honore fuere, viri vi vituperio e contra affecti

ut percepi invenimus eadem virtutes ubique illustres, atque ac vitia ubique obscura ac odiosa.

Quae omnium gentium consensio quoad aliqua principia tam speculativa, tam practica aliunde quam a natura haberi nequit: illa enim quae ab homine dependent, in dies mutantur. Qua de re ipse Tullius sic ajebat: = Quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec una cum saeculis aetatibusque hominum inveterare potuisset. Opinionum enim commenta delet dies, naturae judicia confirmat = (De Nat. deor. lib. 2. cap. 2.)

Quae uniformitas in judicando sive virtutem sive vitium vel ex eo etiam apparet naturalis, quod veluti invitis ad virtutem in ipsis nostris adversariis admirandam, vitiumque in nobis inest ut superandum servitabamus. Unde Seneca ajebat: = Placet inepta natura, adeoque gratiosa est virtus, ut insitum sit etiam malis probare meliora = (De Benef. lib. IV. c. 17.) = I violenti i ladri, i traditori, animadvertit nuperrimus author, si vergognano di esserlo: sentono il bisogno di assumerne almeno le sembianze della probità; la prepotenza si studia di comparir giusta; la frode, leale; la seduzione, innocente; la menzogna, verace; gli stessi assassini e grassatori di professione vogliono custodita tra loro la fed. dei patti = (C. Ant. Pozzi. Lez. di Filos. vol. 2. cap. 38. §. 302. n. 5)

Dari igitur legem naturalem res est admodum manifesta.

C) Nec quisquam dicat novam hanc nostram esse ratiocinandi formam.

Idem enim tradebat Philosophus Romanus in illis suis verbis: = Quae autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum, et beneficii memorem non diligit? Quae superbos, quae maleficos, quae crudeles, quae ingratos non aspernatur, non odit? = (De Leg. 1) = Gettate lo sguardo su tutte le nazioni del mondo, sic ipse Rousseavius, scorrete tutte le storie; fra tanti culti strani, fra una prodigiosa diversità di caratteri, e costumi, per tutto voi troverete le stesse idee di giustizia e d'onestà, le stesse nozioni del bene e del male = In hac observatione praedictus nuperrimus Author prosequitur = Incontrate la moltitudine che sente sempre nella stessa maniera in fatto di giustizia, di umanità, e di riconoscenza = Tra i rozzi selvaggi scorgete il codice penale ridotto alla pena del taglione: occhio per occhio, dente per dente, mano per mano. Tra gl'ingentiliti Ateniesi vedete rigettarsi dalla moltitudine il parere di Temistocle che si appicchi il fuoco alle navi de' Greci, affinchè la sola Atene goda il dominio del mare, e rigettarsi per la sola ragione che il progetto è bensì vantaggioso, ma ingiusto. I Ministri del Paganesimo giunsero persino all'eccesso di accontentare il popolo l'impudicizia sotto divine sembianze e vi.. che ... questo? i adoratori del predatore Mercurio cacciano il Dittatore Cornelio Rufo perchè dieci libbre d'argento lo accusano di concussione: ed i cultori dell'impudica Venere ...ano i pareri consolari della presenza delle Vestale..... E se nelle società corrotte si predica la licenza, si predica di soppiatto = (Pozzi. ib. §. 302. n. 5). Quocirca et veteres et recentiores legem naturalem his unicis observationibus admittendam esse arbitrati sunt.

praeter tulit

ipse Regius Psaltes, postquam dixerat: = sacrificate sacrificium justitiæ = (Ps. IV. 6) quasi quibusdam quærentibus, quæ sint justitiæ opera = Multi dicunt: quis ostendit nobis bona? - responderat - Signatum est super nos lumen vultus tui, Dñe = (ib.) Apostolus autem de gentibus Legem Mosaicam minime edoctis dicebat: = Naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt = (Ad Rom. II.)

Concludimus igitur cum Seneca = Omnium honestarum rerum animi semina gerunt = (Ep. 90.)

Num. III. Utrum detur Providentia.

A.) Duplici ex causa Providentiam in rebus creatis dari affirmamus.

Et harum prima est earum creaturarum contingentia. Mundus enim iste aspectabilis, cum esse cœperit, contingenter existit. Eatenus proinde perdurat, quatenus conservatur in esse, quatenus vires, sive qualitates ejusdem a Deo habitæ, Divinitus conservantur, quatenus nempe Deus ipse continuo facit ut res sint, ac sic sint: in quo utique consistit Providentia.

B.) Secunda vero causa cur Providentiam in Mundo affirmamus est quæ in rebus ipsis apparet concordia et unitas, quam in Teleologia satis superque adesse notavimus.

Porro quemadmodum tradebat Aquinas = Manifestum est, quod plures multa unire, et concordare non possunt, nisi ipsi aliquo modo uniantur = (1. 2. q. 100). = Quia nec multi navem in unam partem traherent, nisi aliquo modo conjuncti = (De Reg. Princ. lib. 1. c. 2.) = Propter quod et in omnibus quæ in unum ordinantur, aliquid invenitur alterius regitivum = (id. ib. c. 1.). Quod utique est Providentia.

C.) Quam veritatem pulchre admodum in illis verbis tradebat Salomon: = Pusillum et magnum ipse fecit, et æqualiter est illi cura de omnibus. (Sap. VI.) Attingit a fine usque ad finem, et disponet omnia suaviter = (ib.)

Ipse videlicet ... ut verba memorare liceat ... ut humanum membra nullo contentione, mente ipsa et voluntate moventur, sic numine illorum omnia finguntur, moventur, atque mutantur = (De Nat. Deor. ...)

Sed melius omnibus de Deo providente in rerum omnium persona ... notis videtur D. Paulus dicens: = In ipso enim vivimus, movemur, et sumus = (Act. XVII.)

Articulus III

Objectorum resolutio

Num. I. Objiciunt primo idest leges positivas naturæ innixi dici non posse quia tot et tantæ sunt ipsis varietates.

A.) Qui sic nobis objicientes male ratiocinantur. Cum enim hujusmodi leges modum præscribant alicui necessitati satisfaciendæ, qui eaedem condiderunt, felicitatis desiderio ac proinde natura duce ducti sunt. ... Quod satis superque est ad naturale fundamentum in ipsis legibus ... ...

B) Legum autem ipsarum varietas naturam sequitur eorum, qui legibus ipsis erant dirigendi. Nam ut D. Aquinas tradebat: = Omnis ratio operis variatur secundum diversitatem finis, et eorum quę operationi subjiciuntur = (Cont. Gent. lib. 3. c. 3.). Et profecto lex directiva infantium, et agricolarum variari debet a lege adultorum, et navigantium.

C) Praeterea ut loquamur cum praestantissimo Viro De La Luzerne = Che di più naturale all'uomo del linguaggio? Eppure è differentissimo presso tutti i popoli = (Discorso sopra la leg. Nat. cap. II. art. 1. n. 18.) Quid homini magis naturale quam vestibus se cooperire? Et tamen quę varietas et inconstantia in indumentis!

Quapropter varietas, quę in legibus positivis apparet, non est causa cur ipsę met dicentę non esse naturę innixę.

Num. II. Objiciunt secundo Legem Naturalem non dari, quia illico hominibus, vel non innotescit, vel duntaxat obscure.

A) Sed in frustra laborant. Enimvero, ut praedictus Vir tradebat = L'essere può avere nella sua natura delle proprietà, cui egli non vaglia ad ispiegare, se non in capo a qualche tempo =

= Vedonsi forse gli alberi sviluppare fin dal loro incominciamento foglie, fiori e frutta? Eppure sapremo negherai loro la proprietà di portare frutta? Per simil modo vi ha nell'uomo facoltà corporali, e spirituali che naturali gli sono, e che non si palesano con degli atti, se non in capo ad un certo tempo. Gli è naturale il vedere e camminare: nè però al momento della sua nascita egli vede, nè comincia a fare qualche passo, se non dopo qualche tempo; e parimenti il giudizio ed il raziocinamento coi quali esso uomo conosce i principj morali, non si sviluppano che con la età = (Loc. cit. art. 1. n. 18.)

B) Quinimmo si lex naturalis omnibus vere innotescat hoc tam longe abest, ut ideirco ejusdem existentiam revocare possemus in dubium; ut e contra in hoc naturę providentia appareat, quemadmodum advertebat [illegible].

Cui enim commodo esset tantarum sapientia? Quam sibi, vel aliis compararent utilitatem [illegible] nemo [illegible] partidas [illegible] parentes [illegible], [illegible] ignorantię timidi: quam noxia non esset tunc eorumdem societas?

[illegible] tandem, in qua non pauci vivunt quoad legem naturalem, ipsius le[illegible] existentiam nec tollit nec lędit.

Natura enim ut leges suas exerit, neque expediat nonnullis quus habet [illegible] [illegible] circumstantiis [illegible] quin naturę ipsius perfectionem speraret: quęque si addiderunt nonnisi imperfectę, imperfectam quoque videbis naturam. Atque hujusmodi utique est educatio, ut quotidiana docet experientia.

Qua de re numquam satis illa Annæi Senecæ laudabitur sententia: = Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quæ admonitione excitantur; non aliter quam scintilla flatu levi adjuta ignem suum explicat = (Ep. 94)

Nec tarditas, nec obscuritas, quæ in legis manifestatione apparent, contra eam originem naturalem aliquid probant.

Num. III. Objiciunt tertio Providentiam non esse admittendam, primo quia Majestatem Dei dedeceret curam habere de rebus minutissimis secundo quia humanam læderet libertatem; tertio quia componi non posset cum tot tantisque malis, quæ homines premunt.

A) Perperam [illegible] objiciunt. Absurdum enim in primis est, Providentiam de minutissimis asserere Deo indignam, cum Divinam Majestatem minime dedeceat res vel minutissimas e nihilo educere.

Nostras quidem Magnates dedeceret curam habere in suis principatibus de rebus minutissimis propter eorumdem infirmitatem. Ex qua fit ut nesciant quomodo hujusmodi entia minutissima esse possint utilia suis guberniis; quod si etiam hoc nosse vellent attamen ipsamet minutissima regere non valerent. Deus e contra, cum sit infinite sapiens, et potens, a fine usque ad finem attingit.

B) Perperam asserunt secundo Adversarii nostri dicentes, libertatem humanam a Divina destrui Providentia. Non minus enim quam primum valet hoc secundum absurdum cum Providentia et destructio sese excludunt ab invicem.

Divina siquidem Providentia disponit omnia suaviter, conservans namque causas necessitantes ut necessario agant, causas vero liberas ut libere sese gerant. Atque hoc in sensu multis abhinc annis ipse Augustinus = Ordinem causarum non negamus, non est autem consequens, ut si certus est ordo causarum, ideo nihil sit in nostræ voluntatis arbitrio; quippe nostræ voluntates in causarum ordine sunt = (Lib. XV. de Civ. Dei c. [illegible]

C) Perperam tandem objiciunt dicendo Providentiam non componi cum hujus vitæ malis.

Mala enim metaphysica, quæ sunt creaturarum limitationes, seu distantiæ ab infinito, sunt necessaria, sunt non infinitum, non ens, nihil: insuper nec gaudio nec dolori occasionem præbent.

Mala autem physica sunt totidem stimuli ad operandum, nec raro totidem peccatorum consequentiæ: ista mala proinde sub utroque hoc aspectu virtutis exercitio favent.

Mala tandem moralia, sive peccata locum habere debebant inter entia libertate donata. Quod si melius est esse ens liberum quam automa, hoc prorsus ignorare videtur ille qui adversus Divinam Bonitatem offenditur propter peccatorum permissionem. Insuper qui locus daretur, et quæ felicitas, si nulla præcessisset virtus? Si igitur ultimam hominis felicitatem [illegible] propter peccatorum permissionem et existentiam

Merito quinde ajebat Joannes Bap. Goderini: = i mali di questa terra, che sono il gran laberinto, dove i libertini si perdono, niente difformano e abbassano l'altissima idea che formato abbiamo di Dio. entrano anzi Diviniam. nella economia della Providenza = (l'Uomo [illegible] n. 5)

Quidquid igitur sive dicant, sive faciant Adversarij nostri, extra omnem controversiam est leges dari positivas, legem haberi naturalem, ac omnia Divina Providentia gubernari

1836-37.

Logica, Ideologia, Teleologia,
Diceologia.

e Filosofia

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus jurare in verba magistri,
Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes
Nunc agilis fio, et mersor civilibus undis.
Virtutis veræ custos, rigidusque satelles,
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor
Et mihi res, non me rebus subjungere conor

Horat. Epistola I.a

La memoria,
e l'immaginazione sono tanto somiglianti al Giudizio
quanto la Scimia all'Uomo _

Huart _ Lib.

Psicologia, ovvero arte di conoscere gli uomini.
di S. R. Plane § 74

I.° e II.° anno del corso filosofico

Logica
sive
Introductio ad Philosophiam

Proemium

N.rus 1.
Quid et quotuplex sit Logica.

A) Logica juxta vim nominis idem significat ac sermo mentis: communiter autem usurpatur ad illam disciplinam indicandam, qua tyrones ad philosophiam parantur.

Definiri proinde potest: directio mentis, sive regula cogitandi; vel etiam: Introductio ad Philosophiam.

B) Quoniam autem homo in suis studiis et operationibus duas semper adhibet vires, quas a natura primitus habuit, ac quodvis ejus opus naturæ sit innixum, hoc inde sequitur, Logicam aliam naturalem aliam esse usualem.

Naturalis v. gr. est illa, quæ est in nobis sine nobis, quæ radix est alterius, quæ dicitur usualis, quæque communiter dicitur lumen rationis ac recte definiri potest Logica initialis

Usualis autem Logica est illa, quam homines exercitio plus minusve sibi in dies comparant.

C.) Cum insuper duplex sit via qua homines in Logica usuali sibi comparanda proficiscuntur, factum est ut Logica ipsa usualis subdividatur in vulgarem et scientificam.

Vulgaris ex. gr. est illa, quam homines sibi comparant communiter vivendo; scientifica vero est illa, quam aliqui sibi comparant ex professo, aliorum scriptis, vel usibus vacando

Num. 2
Quæ sit Logicæ utilitas, atque præstantia

A.) Quam maximi vero negotii habenda est nobis Logica: nihil enim agit homo, quin prius mente sua cogitaverit, atque eatenus homo ipse operatur recte, quatenus prius recte excogitaverit. Tantum igitur Logica generatim spectata refert, quantum omnia, ac singula recta hominum opera referunt.

B.) Si vero sermo sit de Logica speciatim spectata evidens est naturalem summopere illam præcellere, quam usualem dicebamus utpote quæ radix est ejusdem ac origo. Atque vel ipsa utilitas Logicæ scientificæ major apparet, quam ea quæ propria est Logicæ vulgaris. Hæc enim nonnisi lento gradu comparatur ac permultis subjecta est ambagibus ac erroribus præsertim ... Idem namque inter has duas intercedit disciplinas, quod discrimen intercedere constat inter cognitionem illam, quam quis sibi acquirit in hominum conversatione alicujus linguæ, atque illam quam quis ejusdem linguæ cognitionem acquireret in libris

D.) Tantum denique præstat Logica quantum omnes aliæ scientiæ præstant ex eo quod a Logica ipsa omnem vim demonstrandi ipsemet retrahant. Hinc permultis fuit Logica condecorata nominibus: ab Aristotele fuit dicta = Organum, sive instrumentum sciendi =; a Tullio: = Ars omnium maxima =; et a S. Augustino: = Disciplina disciplinarum scientiarumque judex et formatrix =

Num. 3.

Quod Logica habeat objectum, et partes.

A.) Logicæ objectum in genere est hominis intellectus: objectum autem in specie, materiale sunt intellectus ipsius actus; formale sunt actuum ipsius intellectus directiones.

Sic arti muratoriæ objectum in genere sunt ædificia; objectum vero in specie materiale sunt lapides, formale est lapidum distributio

B.) Cumque Logica tribus veluti gradibus objectum suum formale studeat obtinere, hæc dicimus eamdem habere partes.

Quarum primam dicimus Topicam, secundam Euristicam, tertiam Apodicticam.

C.) In Topica materiæ indicantur ac veluti determinantur quæ præcipue in Philosophia veniunt examinandæ: in Euristica regulæ traduntur ad materias ipsas examinandas ac cognoscendas: in Apodictica methodus traditur ad veritates in materierum examine inventas aliis manifestandas. Pars prima igitur est indicatrix: secunda inventrix: tertia demonstratrix

---

Prima Logicæ pars,

sive

Topica

—

Articulus I.us

De Rebus

—

Numerus 1.us

De Ente ejusque præcipuis differentiis.

A.

Quid Ens possibile, factum, perfectum; ens et nihil; esse, subsistere, inhærere; essentia, existentia, et perfectio; ens necessarium, contingens, rationis, quilibet Deus

—

Quid Ens possibile, factum, perfectum, ens, et nihil.)

Ad facilius intelligendum quid sit ens possibile, factum, perfectum, quamdam nobis placet præmittere similitudinem.

Cæmentarius et Figulus priusquam arte sua rem novam producant, ille ex.gr. domum, iste vas, utroque mente sua excogitat, uterque aliquid mente præconcipit, uterque aliquid habet menti præsens, quod in uno idea domus, in altero idea vasis dicitur: quarum una nedum ab alia distinguitur: verum etiam ab utroque artifice. Nec tamen per illas hujusmodi ideas, sive mentis præconceptiones, aliqua haberetur domus, vel aliquod vas existeret.

Porro illud quod Cæmentarius habet mente præconceptum, quod dicitur idea domus, quodque a Cæmentario ipso probe distinguitur nihil aliud est quam domus possibilis: atque ipsa idea Figulo præsens nihil aliud est quam vas possibile.

Patet igitur ens possibile illud esse quod mente concipitur, sive postea ad existentiam producatur, sive non. Ens pariter possibile etiamsi possit desiderari, vel odio haberi, v.gr. ut desiderari possunt alii mundi, attamen nec pati, nec agere potest, ac nulla prorsus gaudet capacitate, sive activa sive passiva. Sic domus possibilis prædicta nec destrui ab aliquo posset, nec aliquos posset ipsa domus recipere in tectum: et idem dicito de quocumque Ente possibili.

Ex quo factum est ut cum entia possibilia pati nequeant, a Philosophis tamquam axioma hoc dictum fuerit habitum: = rerum essentiæ sunt immutabiles = cumque Entia possibilia nihil agere possint, hoc aliud dictum ortum habuerit: = A posse ad esse non valet illatio =.

Quando autem sive Cæmentarius, sive Figulus, per artem suam, primus domum possibilem, alter vas possibile existentia donaverit, tunc hujusmodi domus atque vas dici debebunt vel facta, vel perfecta. Facta tunc dicerentur cum quidem existentiam obtinuissent, non autem completam: cum quidem existerent, non autem sub omnibus respectibus suis ideis responderent. Perfecta propterea tunc dicuntur entia cum in sua existentia undequaque respondeant suis ideis. Sic domus si ex parte fuisset completa, facta diceretur; si ex toto, perfecta.

Ex quo patet quæcumque entia existentia quæ semper a statu possibilitatis exierint, capacitate esse prædita passiva et activa, et inferiora entia facta, maxime entia perfecta.

Quid denique sit Ens sive ex dictis, sive ex illis quæ supra opinati sunt Doctor Angelicus et Subtilis ratio apparebit. Ens in genere est quod concipitur, quodque fieri ac percipi potest; quod per existentiam capacitatem obtinet, attamen non ex seipso sed aliunde et quidem variam. Doctor vero Angelicus ajebat: = Illud quod primo cadit in apprehensione est Ens, cujus intellectus includitur in omnibus quæcumque quis apprehendit = (1.2. q.94. a.2 ...) et Doctor Subtilis = Ens habet conceptum simpliciter simplicem, concipitur sine aliis, alia non sine eo concepto. = (Scotus.)

Nihil autem est oppositum enti sive non ens, quod proinde nec excogitari potest, nec ad existendum perduci: hinc Philosophi dicere solent: = Non entis nulla est scientia =: nihili nullæ sunt proprietates = Theologi nihilum, de quo nunc dicebamus, vocant nihilum negativum: ens vero possibile vocant nihilum privativum.

Animadvertendum pariter venit, aliqua entia possibilia ab aliquo fieri posse et perfici, non autem a quocumque: ... quot domus possibiles concipi possunt a nobis, ... quas tamen

ædificare non valemus! Quæ porro entia possibilia a nobis v. gr. fieri et perfici non possent, eorundem existentiam quoad nostram virtutem productivam esset superior. At hæc impossibilitas non est intrinseca sed extrinseca, non respicit rerum essentiam, sed existentiam: nullimode proinde est confundenda cum rerum possibilitate.

(Esse, subsistere, inhærere, essentia, existentia et perfectio)

Esse prædicatur de quocumque ente possibili, facto et perfecto: *subsistere* autem et *inhærere* nonnisi de entibus existentibus prædicantur. Sed subsistere de illis tantummodo entibus prædicatur, quæ in se, et non in alio existunt: cum e contra inhærere prædicatur de illis entibus, quæ non in se, sed in alio existunt. Sic nos homines dicimur *subsistere* quoniam unusquisque nostrum in seipso existit, et non in alio: cum colores, odores, sapores dicuntur inhærere quoniam aliis entibus insunt, ac veluti innituntur et existant. Hinc factum est ut entia subsistentia sint appellata *substantiæ*. Entia vero inhærentia dicta sunt *accidentia*; ut quodammodo significaretur quidquid inhæret non quidem Ens, sed Entis esse. Patet pariter *subsistere* et *inhærere* duos esse modos existendi.

Animadvertimus insuper quod etiamsi Esse de quovis Ente prædicetur, ab omni Ente tamen distingui, eodem fere modo quo distinguitur operatio a virtute operativa, sive actus a potentia.

Quibus prædictis non difficile erit nobis dicere quid significet essentia, existentia et perfectio.

Essentia igitur nihil aliud est quam possibilitas intrinseca entis, quæ primum in unaquaque re concipitur: quæ in definitione solet indicari: quæ etiam a Philosophis quidditas rei appellatur. [illegible] in entibus quomodocumque existunt, numquam deest: quæque etiamsi entium existentium [illegible] [illegible] non efficiat, semper tamen informat ac veluti delineat. Sic, ut exemplis superius allatis utamur, nec illa domus nec vas aliquod existere potest sine essentia; nec utriusque capacitas ab essentia ipsa dependet quoad suam vim, licet quoad agendi modum: ita ut diversitas capacitatis ab essentia ipsa oriatur.

Existentia vero est status entis, quo aptum est ad patiendum et agendum; quæ aptitudo sive capacitas, ut dictum est, quoad vim suam minime, bene autem quoad modum a possibilitate entis dependet. *Perfectio* est status entis quo maxima gaudet tum ad patiendum tum vel agendum aptitudine. Wolphius fuit primus, qui existentiam definiebat = Possibilitatis complementum = nec sine laude. Dicimus tandem Essentiam, Existentiam et Perfectionem haberi posse veluti tres differentias entis generaliores.

(Ens necessarium, ens contingens, ens rationis, Deus)

Permagni est percipere quid sibi velint Necessarium et Contingens quoniam ex iis bene perceptis multa in Philosophia ducenda luce mutuantur: cum e contra ex iisdem male perceptis multi irrepserunt errores.

Necessarium igitur vocamus illud Ens quod non potest non esse; cujus contrarium proinde

neque fieri, neque excogitari potest, quodque merito definiebat Wolphius. = Necessarium est cujus oppositum est impossibile =

Advertendum insuper est aliud esse Necessarium absolute et aliud Necessarium hipotetice; primum est tale in se, intrinsece, independenter a quavis alia essentia: secundum vero est tale sub aliqua tantum conditione extrinseca: dependenter nempe ab aliquo alio ente. Primi generis necessarius est Deus; secundi autem generis est præsens dies, qui eatenus lucescit, quatenus Sol nos vanittit radios. Nam ipsam necessitatem hypoteticam subdistinguunt Philosophi in physicam et moralem. Quarum prima libertatem excludit; secunda autem cum libertate componitur. Sic v. gr. si dicerem, Pater meus, uti necesse erat mortuus est, necessitatem Physicam annuntiassem; si vero dicerem: Petrus infirmus inter venenum et medelam quæ sibi proposita vidit, necessario medelam elegit, necessitatem moralem annuntiarem

Ens Contingens est illud, quod aliter esse potest, vel ut cum Wolphio loquamur: = Cujus oppositum est possibile =. Sic v. gr. ego scribo et lego; poteram tamen non scribere, non legere, contingens igitur est sive quod scribam, sive quod legam. Hinc etiam facile dignoscitur, quodcumque necessarium esse non posse contingens; et e converso quodcumque contingens esse non posse necessarium.

Ens tandem rationis in rerum natura minime existit, sed tantummodo in mente considerantis: sic Aquila biceps, leo alatus, Centhaurus et alia hujusmodi, quæ tantummodo in mente considerantis existunt, totidem sunt Entia rationis: quæ idcirco mentis fictiones appellantur figmenta et fabulæ.

Quibus perpensis, Deum dicimus utique esse Ens necessarium, ac proinde quoad alia Entia primum, atque Ens eorum.

(B.)

Quid finitum et infinitum; simultaneum et connexum; compositum et simplex, extensum et inextensum; spatium et locus; esse in loco, et occupare locum; quidque totum, et partes —.

Quid finitum et infinitum; simultaneum et connexum, compositum et simplex

—

Finitum est illud ens, quo aliquid majus vel minus sive existere, sive excogitari potest; quod terminos proinde habet ultra quos non est, et intra quos veluti circumscribitur.

Infinitum e contra est, quo nihil vel majus vel minus dari potest; quod nullos proinde habet terminos quos ultra desit, et intra sit circumscriptum. Cum aliqua possint dividi, ac iterum dividi, ac subdividi, quin ad prima venire sit elementa, Mathematici hujusmodi divisibilitatem vocant Infinitum Categorematicum: cum autem aliqua possint iterum atque iterum augeri addendo ac superaddendo, hujusmodi additionem Mathematici ... dixerunt Infinitum Syncategorematicum. Aat improprie revera ac perperam: nullatenus enim infinitum est, quod vel minui

vel augeri potest. *Simultanea* dicuntur omnia ea entia, quę vel simul in mente considerantis, vel extra existentiam habent. *Connexa* autem illa dicuntur entia, quę etiamsi unum pro alio accipi non possint, attamen unum sine alio consistere nequeunt v. g. Pater, et filius

Compositum dicimus illud ens, quod ex pluribus a se invicem distinctis et extra se positis partibus constat; quodque proinde et partes habet, et ex partium unione resultat. Hujusmodi sunt arbor, mensa, liber ac corpus nostrum.

Simplex e contra dicimus illud ens, quod ex partibus extra se positis non constat; quodque proinde etiamsi partes habeat, attamen ex partium unione minime exsurgit; cujusmodi est anima nostra, quę tribus gaudet facultatibus, memoria nempe, intellectu et voluntate

(Extensum, et inextensum: spatium et locus; esse in loco, et occupare locum.)

Extensum vocatur illud, quod habet partes, quarum unaquęque extra alteram existit, easque inter se unitas. Atque tunc ens extensum dicitur *continuum*, quando ejus partes eo ordine sunt extra se invicem collocatę, ut alię diversę inter eas poni nullo modo possint. *Interruptum* vero dicitur, si partes ita fuerint collocatę, ut alię inter ipsas locum habere possint. Sic aurum massam habet fere continuam: spongia vero interruptam.

Inextensum est oppositum extensi.

Spatium est defectus continuitatis, sive interstitium extensorum. Veteres Philosophi non immerito spatium definiebant: = Possibilitatem locandorum corporum = Nec displicet nobis Wolphius spatium definiens: = Ordinem coexistentium, sive simultaneorum =

Interstitia fuerint ita ab aliis corporibus occupata, ut in iisdem nulla amplius corpora consistere possint, dicuntur *spatium plenum*. Quod si nec ex toto, neque ex parte fuerint occupata, dicuntur spatium *inane*, vel simpliciter *vacuum*.

Unde facile dignoscitur, primo spatium non dari sine extensis; secundo spatium esse prorsus diversum a rebus simul existentibus.

Locus est pars spatii; et *Situs* ipse est pars loci

Esse in loco idem est ac subsistere in aliquo interstitio. Triplici autem hoc fieri potest: extensive nempe uti proprium est corporum, *definitive* uti proprium est simplicium, et infinite uti proprium est Dei solius.

Sunt in loco et occupant locum entia extensa duntaxat, quoniam una sui parte unum loci situm tenent, aliisque suis partibus alios loci situs occupant. Hinc corpora dicuntur in spatio inveniri per circumscriptionem ac per extensionem: proindeque entia simplicia esse quidem possunt in spatio, in loco, in situ minime autem occupare possunt. Atque hęc est causa cur simplicia dicuntur esse in loco per virtutem ac definitive; at ubiquitas soli Deo tribuitur. Quod utique David innuebat illis verbis: = Quo ibo a spiritu tuo, et quo a

facie tua fugiam? Si ascendero in Cœlum tu illic es: si descendero in Infernum, ades: si sum= psero pennas meas diluculo et habitavero in extremis maris... tenebit me dextera tua = (Psal. 138)

(Totum, et partes.)

Totum dicimus id, quod partibus constat: plura vero, quæ in aliquo ente inveniuntur cum quibus illud existat, appellantur partes.

Multa autem, scire possunt entia, quæ partibus constent, ac pro diversitate ordinis, quem habere possunt ad invicem, diversimode vocantur. Vocatur nempe Totum metaphysicum quod quidem habet partes, ad invicem distinctas, non autem separatas aut separabiles; cujusmodi est hominis anima. Sic Totum physicum habet quidem partes, distinctas ad invicem, attamen ..itas atque separabiles, cujusmodi est corpus nostrum. Sic Totum morale dicitur exercitus, quod quidem habet partes nedum distinctas verum etiam separatas cujusmodi sunt milites.

Animadvertimus partes Totius metaphysici communiter vocari potentias, vel facultates, cujusmodi sunt in anima nostra, memoria, intellectus et voluntas.

(C)

Quid Qualitas et quantitas; attributum et modus: æquale et simile; dissimile et Contrarium: quidque idem et diversum.

(Qualitas et quantitas; attributum et modus.)

Qualitas et quantitas etiamsi conjuncte inveniantur in rebus existentibus, attamen diversam habent originem: qualitas enim fluit ab essentia, atque idcirco est immutabilis, ac necessaria, sive intrinseca; quantitas e contra exinde fluit, unde existentiam habuit res ad quam spectat. Sic ut cumulus lapidum sit ita dispositum ut formam habeat vel Ecclesiæ vel carceris; hoc dependet a sua possibilitate, sive essentia. Quod autem idem cumulus lapidum capacitatem habeat sive passivam, sive activam, hoc dependet ab eo quod eidem tribuit existentiam: atque, exinde qualitates sunt semper contingentes ac mutabiles.

Quibus præactis dicimus, qualitatem esse speciem sive formam capacitatis. Quantitatem vero dicimus esse gradum ipsius capacitatis.

Quo in sensu vel ipsa attributa placet nobis definire: dicimus itaque Attributa nil aliud esse quam quidditates existentes, quam essentiæ existentia donatæ, quam formæ reales, quam capacitates determinatæ. Modi autem sunt ipsorum attributorum gradus.

(Æquale et simile, dissimile et contrarium)

Illud ens est alteri æquale, quod communem cum ipso habet qualitatem et quantitatem. Sic duæ guttulæ aquæ essent sibi æquales, si ejusdem aquæ ac ejusdem quantitatis essent.

Simile vero alteri illud dicitur, quod communes cum ipso habeat qualitates, non vero quantitates. Sic prædictæ guttulæ similes tantummodo essent, si una plusquam alia haberet aquæ.

Dissimile alteri illud ens dicitur, quod cum ipso vel nullas, vel aliquas tantum communes habeat qualitates. Sic lapides et plantæ et bruta sunt sibi dissimilia.

Contrarium vero illud dicitur, quod cum alio consistere non potest in aliquo subjecto. Sic cum corpus nostrum nequeat eodem tempore esse vivum ac mortuum, mors et vita sunt duo contraria.

(Idem et diversum)

Idem et diversum prædicantur tantum de uno ente secum ipso comparato, quantum de pluribus entibus ad invicem comparatis. Atque in primis omne ens est, ut ajebat Aristoteles: = Idem sibi, et diversum a quolibet alio =: aliter nec unum esset, nec ab aliis distingueretur. Hinc etiam factum est, ut omne ens dicatur quoad se idipsum et idem numero.

Omne ens insuper quoad se spectatum, si aliquam mutationem subeat, dicitur quidem idem numero, sed diversum ab eo quod erat. Quod si nullam subierit mutationem, tunc idem dicitur metaphysice. Ac propterea Philosophi aliam dixerunt esse identitatem moralem et aliam metaphysicam.

Si vero sermo sit de pluribus entibus ad invicem comparatis, tunc eadem cum aliis dicuntur aliqua entia, cum earundem vices nobis reddere possunt. Sic idem dicuntur esse quoad nos aliquando bos et equus, quatenus eandem nobis comparant utilitatem.

Numerus I - II

De Fine, ejusque præcipuis differentiis.

(A.)

Quid moveri et mutari: motus et mutatio: terminus a quo et ad quem: quid tempus, ac numerus ætas et anni ævum et æternitas: quidque Principium et Finis.

Quid moveri et mutari, motus et mutatio; terminus a quo, et ad quem.

Moveri est de situ in situm, vel de loco in locum transire: sic nos de Ecclesia in scholam transeuntes dicimur moveri: proindeque moveri de re aliqua prædicatur in ordine ad alias res

et quidem extensas

Mutari est aliquam quantitatis gradum, vel acquirere vel perdere: = Est, dicebat Scotus, de non tali fieri tale = . Est, dicebat Gregorius, ex alio in aliud ire =; vel brevius est alterari. Unde patet quod mutari de re prædicatur in ordine ad seipsam.

Motus, ut definiebat Aristoteles, propterea est = Transitus rei de loco in locum, cum mutatio est simpliciter rei alteratio: quoniam autem in rerum natura non dantur, nisi entia, quæ moventur ac mutantur, motus ipse ac mutatio nihil aliud sunt, quam duo entia rationis.

Terminus a quo est vel locus, a qua res discedit, vel gradus capacitatis, quem mutat. Terminus autem ad quem est vel locus ad quem res mota pervenit, vel gradus capacitatis, quam res mutata consequitur: qui gradus capacitatis, si sit intrinsecus ac veluti rei ipsi adhærens dicitur modificatio, si vero sit extrinsecus dicitur objectum

(Tempus et numerus, ætas et anni; ævum et æternitas.)

Tempus est mensura motus, ac proinde rationem habet prius et posterius, ut advertebat Aristoteles, et respicit quæ sibi succedunt.

Numerus est mensura mutationis; qui proinde distincta respicit et simultanea

Ætas et anni sunt quædam species temporis mensurant enim quæ sibi succedunt.

Ævum habet prius, sed non posterius, mensurat proinde illa quæ cœperunt esse, nunquam autem desistent. Æternitas vero nec prius nec posterius habet, sine ulla successione, mensura proinde omnium simultaneorum ac successivorum, mensura mensurarum.

(Principium et Finis)

Principium est a quo res aliqua vel est, vel esse potest, hoc vel alio quovis modo. Finis est ad quem res vel pervenit, vel pervenire potest. Intelligimus itaque principium identificari cum termino a quo, et finem cum termino ad quem. [illegible]

(B)

Quid agere et pati, progredi et perfici, deficere et destrui: quid status viæ, et termini; vita et mors; vita præsens et futura, quidque utile et noxium.

(Quid agere et pati, progredi et perfici, deficere et destrui.)

Agere est vel seipsum vel alia aut movere aut mutare. Pati est ab alio vel moveri, vel mutari.

Progredi est ad majores capacitatis gradus pervenire: perfici est omnes sibi possibiles

obtinere gradus

Deficere est ad minores capacitatis gradus devenire: est gradatim imminui, est in deterius mutari. Destrui est omnem capacitatis gradum ammittere, est formam materia sua privari; est qualitatem a quantitate dividi. Sic destruitur domus per separationem lapidum usque ad ammissionem formæ quam habebat domus.

(Status viæ et termini, vita et mors, vita præsens et futura . . .)

Status viæ designat plus minusve temporis quo res contingentes progrediuntur: status termini res existentes designat quæ a progrediendo destiterunt.

Vita est progrediendi capacitas, mors est progrediendi incapacitas. Proindeque vita et mors duo sunt modi existendi, duo sunt creaturarum accidentia, duæ sunt mutationes

Vita præsens est capacitas vitæ et mortis; futura est utriusque incapacitas. Unde merito vita præsens comparatur motui: et vita futura immobilitati.

(Quid utile et noxium.)

Utile dicitur quidquid inservit ad progrediendum, quidquid conducit ad perfectionem. Noxium e contra vocatur illud quod conducit ad deficiendum, quod inservit ad ruinam.

(C.)

Quid Subjectum et substantia, causa physica et moralis, persona in genere et specie: quid causa efficiens et finalis, casus et fatum, finis summus et medius: quidque potentia et actus.

—

Subjectum et substantia, Causa physica et moralis, persona in genere et specie.)

—

Subjectum indicat ens, quod non in alio, sed in seipso existit, quodque vel movetur vel mutatur vi aliena; Ens proinde subsistens et contingens. Substantia est utique subjectum vi agendi gaudens. Si substantia fuerit ordinata ad tertiam aliquam substantiam constituendam, dicitur incompleta, et communicabilis; si vero non sit ita ordinata, tunc dicitur completa et incommunicabilis. Primi generis sunt corpus et anima, per quorum unionem constituitur homo: secundi generis essent angeli

Causa physica est substantia, quæ vim suam exerit, ac quodam producit effectus necessario; cujusmodi sunt authomata. Causa vero moralis exerit quidem vim suam, itemque producit effectus, attamen libere, attamen postquam hoc præ illo cognoverit ac elegerit.

Quibus sic de causis a nobis præmissis, difficile non erit cognoscere, quid sibi velint tum persona in genere, tum in specie. Dicimus itaque per nomen Personæ generatim naturæ designari

causam moralem; Personam vero in specie dicimus esse hanc, vel illam causam moralem, v. gr. Petrum, Paulum etc. Antiqui Personam in genere definiebant: = Suppositum intelligens =; a Severino Boethio autem definiebatur: = Naturę rationalis individua substantia =

(Causa efficiens et finalis: casus et fatum, finis ultimus, et medius.)

Causa efficiens est illa causa physica vel moralis ex qua aliquid aliud fit: sic Figulus dicitur causa vasis, quoniam ex ipso Figulo factum est, ut eas existeret. Causa vero finalis est illa, cujus gratia aliquid aliud fit: sic si prędictus Figulus vasa effingeret ad equum sibi comparandam, hoc in casu equę desiderium esset causa finalis

Casus duplicem habet sensum: quod homines enim eruditos idem sonat ac non causa; quod vulgares vero idem sonat ac ignoratis causę. il Caso il Fato

Fatum juxta suas species esset quędam necessitas, quę in Mundo dominatur; quęque a Boetio ipso definiebatur = Dispositio immobilis rebus intrgrens mobilibus =; et quintuplex quidem est, Fatum nempe Epicureorum, Stoicorum, Materialistarum, Astrologorum et Jansenistarum.

Finis ultimus est illa causa finalis propter quam cętera volumus, ipsam autem non nisi propter ipsam, vel ut Aristoteles ajebat: = Finis ultimus est cujus gratia omnia fiunt. Finis autem medius est, quem non propter seipsum, sed propter aliud volumus. Sic venator qui leporem insequeretur, ut pretio ex ejusdem venditione habito sibi compararet indumentum, huic venatori finis medius esset leporis consecutio. Ex his intelligimus quam merito tradebat S. Thom.: = Finis ultimus est perfectior intermedio, quia istum ad se habet ordinatum. attamen consecutio finis ultimi dependet a consecutione finis intermedii =. Giustiza

Potentia et actus

Potentia se habet ad opposita, atque ęqualiter se habet

Ens possibile quod ęqualiter se habet tum ad existentiam, cum ad non existentiam dicitur proinde ens in potentia. Deus, quod sit infinitus, ac proinde nec aliquid ammittere nec aliquid acquirere possit, dicitur Ens actu. Cętera vero entia quę existunt cum capacitate passiva et activa gaudeant, sunt necessario in potentia ad aliquid: unde factum est ut entium existentium proprietates dicantur etiam potentię.

Si igitur potentia rationem habet imperfectionis; actus qui est finis ejus, rationem habet perfectionis.

Numerus III.us
De Lege, ejusque præcipuis differentiis.

(A.)

Quid lex et appetitus; lex naturalis et positiva; appetitus rectus et corruptus. quid lex æterna et providentia: lex naturans et naturata: lumen rationis, et concupiscentiæ fomes: quidque idea et notio.

Lex et appetitus: lex naturalis et positiva; appetitus rectus et corruptus.

Lex est via, juxta quam Entia operantur, vel operari possunt; juxta quam proinde causæ vel possibilia ad existendum perducunt, vel perducere possunt; vel jam facta perficiunt aut perficere possunt. Quapropter lex idem est ac forma perfectionis, idem est ac regula bonitatis, idem est ac ordo potentiarum.

Qua in re legem procul dubio definiebat Aquinas eam dicendo: = Ordinem rerum in suos actus et fines =. Nec confundi potest lex ipsa cum re quam ordinat; quemadmodum confundi non potest typus (disegno) cum lapidibus quos ordinat ad domum aliquam construendam

Appetitus pariter a lege ipsa differt. Lex enim etiamsi potentiam ordinet, ac viam adaperiat ad agendum, bonumque designet: attamen potentiam non inclinat, ad agendum non excitat, nec ad bonum ullo modo impellit. Quocirca ipse est nobis inclinatio potentiarum, sive = Vis agendi, qua substantiæ gaudent =. Unde D. Thomas appetitum appellabat: = Nec nudam potentiam, nec actum, sed initium actus =. Leibnitius autem = Conatum continentem quemdam actum =

Animadvertimus appetitum variis nominibus appellari in mineralibus v. gr. dicitur gravitas in plantis vis vegetativa, in brutis, vis sensitiva: atque instinctum; in homine vero passio desiderium etc.

Lex naturalis est illa ordinatio quam entia essentialiter habent, insitam proinde atque innatam. Positiva autem est illa ordinatio, quam entia contingenter habent, extrinsecam proinde ac veluti natam.

Appetitus rectus est illa inclinatio potentiæ quæ eandem secundum legem inclinant; corruptus vero est quando potentiam inclinat extra legem. Primus est utilis, secundus est noxius; primus ad vitam inclinat, secundus ad mortem; primus est occasio perfectionis secundus destructionis

(Lex æterna et Providentia; Lex naturans et naturata; lumen rationis, et concupiscentiæ fomes.)

Lex æterna est fons ac veluti origo omnium legum tum possibilium tum existentium, qua Deus ordinare potest mundos alios sine numero sibi possibiles, et qua de facto ordinat Mundum hunc spectabilem. Lex igitur æterna est Dei Sapientia, est lumen divinum, est regula regularum tum possibilium, tum existentium

Minus sese extendit Providentia: designat quidem legem æternam, veruntamen ex ea illa parte qua res creatas ordinat in suos actus et fines, ac proinde etiamsi sit divinum lumen, tamen est regula tantummodo regularum existentium.

Lex naturans est ipsa Providentia, radix atque exemplar omnium legum tum naturalium, tum positivarum: lex autem naturata est quævis lex sive naturalis, sive positiva: atque inter legem naturantem et legem naturatam illud intercedit discrimen, quod, ut ajebat Aquinas, inter artem intercedit et artificiatum. artificiatum supponit artem, non e converso. Unde sapienter admodum docebat Aquinas, sive quando de Providentia ajebat: = Ratio ordinandorum in finem proprie Providentia est = (1 q. 22. ar. 1). sive quando eamdem dicebat = Rationem ordinis in finem = (1 q. 22 a. 1)

Lumen rationis est quædam imago et similitudo Divinæ Providentiæ animis hominum insidens; vel ut cum Aquinate loquamur = Est quædam participatio legis æternæ =

Concupiscentiæ fomes est corruptio appetitus hominis, cujus causa ad ea quæ sibi non conveniunt est utique proclivis. Septem peccata capitalia, quorum frequens mentio fit inter Christianos, nihil aliud sunt quam totidem illius concupiscentiæ species, sive rami.

(Idea et notio)

Nec difficile erit cognoscere quid sibi velint idea et notio, si probe sint nobis cognita quæ hactenus dicta sunt de lege

Atque in primis animadvertendum venit, ideam et notionem minime esse sibi synonima, sed valde admodum ab invicem distincta. Idea porro idem est ac lex naturalis, qua homo ordinatur vel ad cognoscendum vel ad volendum: atque hujusmodi ideæ simul sumptæ idem sunt ac lumen rationis. Diversimmode tamen appellantur pro diversitate actuum ad quos hominem ipsæ ordinant. Illæ enim ideæ quæ ad cognoscendum inserviunt, vocantur ideæ intellectuales, principia speculativa, earumque complexio dicitur intellectus. Illæ autem ideæ quæ ordinant ad volendum dicuntur leges morales, principia practica earumdemque complexio dicitur synderesis

Positis autem his ideis, nullus adhuc habetur actus, nullus effectus, sine nulla notio aliud enim est ordinatio potentiæ ad agendum, et aliud est potentiæ ipsius operatio. Idea utique est ordinatio, notio autem est operatio

Quoniam autem nihil operatur quin sit possibile; sic nulla domus construitur, quin prius ejus similitudo, sive idea praexistat in mente aedificatoris: quia immo artifex intendit domum assimilare formae quam mente concepit = (S. Tho. 1. quae. 15. art. 1) Jure ac merito ideae ipsae appellantur: formae exemplares quibus res fiunt = (S. Tho. 1. 2. 44 art. 3.)

Insuper quoniam artifices utuntur ideis, quas mente tenent ad cognoscendum res factas, si nempe respondeant ipsis ideis; sic Artifex judicat de domo secundum quod habet ipsius formam praeconceptam factum est ut ideae dicantur etiam principium cognitionis

Hinc Aquinas sic definiebat: = Idea est forma exemplaris qua res fiunt et cognoscuntur (id. ib.).

Quod si in communi usu idea et notio habentur quasi synonima, hoc abusus revera dicendum est = mensura enim et mensuratio nonnisi perperam identificantur = . Atque patet ex dictis ideam idem esse ac formam, ac regulam, ac mensuram, ac principium cognitionis sive notionis.

(B.)

Quid res vera et falsa; rerum veritas et falsitas, ac veritas absoluta: quid actus hominis et humanus; operum honestas et turpitudo, ac bonitas absoluta; quidque error, atque peccatum ———.

(Quid res vera et falsa; rerum veritas et falsitas, ac veritas absoluta)

Res vera est illa quae facta sit juxta ideam domini sui: falsa e contrario est illa, quae facta fuerit contra domini intentionem.

Hinc rerum veritas consistit in rerum ipsarum conformitate cum lege sive idea intellectus a quo pendent; falsitas vero consistit in deformitate. Divus proinde Aquinas merito definiebat rerum veritatem per = Aequationem rerum cum intellectu a quo res ipsae pendent = . Sequitur etiam unam tantummodo esse veritatem; nec res dici posse plus aut minus veras; dum e contra apparet falsitates esse diversas, atque res dici posse plus aut minus falsas

Veritas absoluta est intellectus a quo res omnes pendent, est mens Divina, est regula regularum.

Actus hominis et humanus: operum honestas et turpitudo: ... . ac bonitas absoluta :)

Actus hominis sunt illi, quos homo facit sine ullo suae libertatis exercitio sine praevia mentis deliberatione. Actus humani e contra sunt illi, quos homo ipse efficit suam exercendo libertatem, praevia nempe deliberatione

Cum opera honesta sint illa quae facta fuerint juxta legem; et opera turpia sint illa quae fuerint facta trans legem, satis apparet honestatem operum consistere in eorundem convenientia cum lege: turpitudinem vero consistere in legem transgressione.

Bonitas absoluta est ipsa divina Essentia, est ipsa infinita perfectio, est ipsa causa finalis omnium rerum.

(Error, et peccatum).

Error est defectus mentis, peccatum voluntatis; error est transgressio involuntaria legis, peccatum voluntaria.

C

Jus naturale et positivum, jus gentium et civile. causa prima, et secunda.

Jus naturale idem est ac appetitus rectus; communiter etiam accipitur pro lege naturali. Patet proinde jus esse tale per participationem ejus, quod tale est per essentiam. Hinc qui non est Atheus necessario debet admittere duplex jus unum v. gr. dominans ex parte Dei, et alterum serviens ex parte hominis, ut tradit P. Simpertus Schwarzhueber in sua Ethica.

Jus positivum sunt illæ leges, quas vel Deus superaddidit naturalibus, vel quas homines ipsi ex lege naturali deducunt. Atquam Duneo Jus positivum subdividitur in divinum, et humanum.

Ad jus gentium pertinent ea quæ derivantur ex lege naturæ sicut conclusiones ex principiis; sic ex. gr. si a principio legis naturæ: = Nulli est faciendum malum =, nos concludamus = Non est igitur occidendum, non est igitur rapiendum, non est igitur mentiendum =: Hæ conclusiones sine quibus gentes ad invicem convivere non possunt, essent utique quod dicimus Jus gentium

E converso ad Jus civile illæ pertinent legis naturalis determinationes, sine quibus hæc vel illa civitas subsistere non posset. Quando igitur jus gentium respicit bonum nationum; Jus Civile respicit bonum vel civitatis, vel reipublicæ

Causa prima stricto sensu est causa non facta, sed æterna, talis non aliunde, sed a se, per essentiam nempe et non per participationem. Cujusmodi est solus Deus, dictus proinde Causa prima, sive Causa Causarum.

Causa vero secunda stricto sensu est causa facta, et temporanea; atque talis non a se, sed aliunde, per participationem proinde, non per essentiam. Cujusmodi sunt omnes res mutabiles et contingentes a quibus aliquid aliud procedit, quarum complexio Mundus appellatur

Multiplex porro est ~~duplex~~ hæc causa: Causa enim prima dividitur in causam possibilitatis, actualitatis et perfectionis, sive in causam efficientem, finalem et formalem. Hinc tradebat Plato = Deus omnium rerum et principium et finem et medium habet = (De Legib. lib. IV.)

Causa secunda pariter multiplex est: illa enim causa secunda quæ participat causam primam efficientem dividitur in causam producentem et occasionalem, et causam

necessariam et liberam. Item causa secunda quæ participat causam primam finalem, dividitur in principalem et secundariam, in objectivam et consecutivam. prius enim aliquid intendimus, secundo consequimur. Advertimus etiam causam finalem principalem idem esse ac finem summum; secundariam vero idem esse ac finem intermedium. Causam secundam tantum, quæ participat causam primam finalem, dividitur nihilominus, quam leges naturales, quam principia speculativa et practica

Res bona et mala, principium bonum et malum Dualistarum. malum metaphysicum, physicum et morale

Bonitas est qualitas entis, et tunc res bona dicitur quando sit vera: quando vero gr. vel sit perfecta, vel in via sit perfectionis.

Malum est bonitatis privatio: et res mala dicitur quæ sit falsa, quæ semper extra viam habeatur perfectionis. Unde intelligitur bonum et malum esse duo entis accidentia, quæ numquam de nihilo prædicari possunt.

Principium bonum et malum est commentum Manichæorum, qui cum non possent bonorum et malorum quæ in Mundo sunt existentiam componere cum uno tantum principio æterno et infinito, duplex principium effinxerunt, alterum bonum, a quo res bonæ, et alterum malum, a quo res malæ originem haberent: unde appellati fuerunt Dualistæ. Perperam tamen sic opinati sunt, quum unum tantummodo esse possit ens infinitum: et causæ secundæ liberæ sufficiunt ad explicanda mala, quæ in rerum natura abundant. Duo igitur hæc principia sunt error mentis humanæ quoad Causam primam, sunt ens rationis, sunt putidum figmentum

Malum vero metaphysicum est malum improprie dictum; valet enim tantummodo significare creaturarum limitationem, sive causarum secundarum distantiam ab Infinito. Malum physicum est quædam perturbatio facta in causis secundis necessariis. Malum morale est peccatum

Habitus, (Virtus et vitium.)

Habitus est quædam inclinatio, altera naturalis, altera acquisita ad aliquid faciendum. Prima est in causis sive earundem cooperatione; secunda vero acquiritur per repetitionem actuum. Sic infantes apprime difficulter gradiuntur, sed per longum exercitium eo deveniunt ut promptitudinem acquirant ad deambulandum: quæ quidem promptitudo sive facilitas est quod communiter dicitur habitus sive consuetudo, vel etiam secunda natura.

Virtus est promptitudo in honestis actionibus, vitium in turpibus. Hinc veteres sæpe admodum virtutem appellabant = Amorem ordinis =; vitium vero. = Illum =

Articulus II.
De Rerum Notionibus.

—

Num. I.
De præcipuis mentis operationibus

—

(A.)
Quid cogitare et meditari; sentire et videre; apprehendere et comprehendere.)

—

1) Cogitare et meditari sibi volunt rerum veritatem inquirere: diverso tamen modo. In cogitando enim mens nostra huc et illuc sine determinatione tendit atque discurrit: e contrario in meditando ad aliquid determinatum ac certum cognoscendum est directa.

Sentire et videre sunt pariter duæ mentis nostræ operationes, quarum utraque aliquid cognoscit, diversum tamen. In sentiendo enim suas affectiones, ac modificationes, mens ipsa cognoscit; e converso in videndo objectum insuper cognoscit a quo afficitur et modificatur. Quæ utique valde differunt ab invicem, etiamsi non raro mentis sensatio accipiatur pro mentis visione.

Apprehendere et comprehendere idem utique sonant ac vera cognoscere, diversimode tamen. Apprehendere enim est rem sub aliquo aspectu sive partialiter cognoscere; comprehendere e contrario est rem sub omni aspectu, sive totaliter cognoscere.

(B.)
Quid comparare et distinguere; abstrahere et componere, percipere et [illegible]

—

Comparare et distinguere est utique mentis cognoscentis operatio, sed diversa. Mens enim, quæ comparat plures jam cognovit res, sed singulas separatim, unam post aliam ac veluti in se. eas vero comparando unam coram alia sistit, ut earumdem differentiæ innotescant. Quibus differentiis perceptis ultro ipsa mens procedit res ipsas diversis nominibus vocans, ac veluti in diversas classes [illegible] [illegible] suam [illegible] [illegible] distinguere. [illegible] [illegible] [illegible] genera et species, ordines et familiæ et alia hujusmodi, quæ sunt totidem rerum distinctarum receptacula.

Abstrahere tunc dicitur mens quando partem a toto, attributum ab attributo, accidens a substantia separatim considerat, quamvis [illegible] [illegible] [illegible]

Componere e contrario est ea conjunctim considerare, quæ separatim existunt. Si abstraheret qui humanitatem consideraret separatim a persona; componeret e contrario ille qui homines consideraret ad instar avium volantes, vel ad instar piscium natantes. [illegible] fabulæ hinc figmenta poetarum enata sunt

Percipere vero et appercipere significant utique cognoscere; dicimur tamen percipere cognoscendo res a nobis diversas; appercipere vero tunc dicimur quando nos metipsos percipientes percipimus.

C)

Meminisse et Reminisci

Meminisse et Reminisci sunt pariter duo mentis nostrę actus; quorum primo mens nostra suas retinet affectiones, conservatque; altero vero hoc ipsum modificationum depositum mens ipsa examinat eoque utitur: proindeque memorando mens est veluti passiva, reminiscendo activa.

Per memoriam brutis assimilamur, per reminiscentiam ab iisdem distinguimur.

Numerus II.

De praecipuis notionum differentiis ratione objecti.

A)

Quid cognitio positiva et relativa; concreta et abstracta; realis et fictitia

Cognitio positiva illa dicitur per quam res aliqua vel objectum aliquod separatim ab aliis menti nostrę veluti presentatur. Cognitio relativa e contrario dicitur illa per quam nos cognoscimus quid sit aliqua res vel aliquod objectum in comparatione alicujus rei, vel objecti: sic si quis inter plura bruta quę simul coexisterent leonem duntaxat examinaret, alius vero leonem cum lupo compararet, primus cognitionem consequeretur positivam, secundus relativam.

Cognitio concreta est cognitio substantię cum suis attributis, et accidentibus. Cognitio abstracta est e contrario cognitio alicujus qualitatis vel accidentis sine subjecto. Petrus, Paulus, et Sophronius, quos existentes v. gr. cognosceremus, per cognitionem concretam nobis utique essent noti. E contrario qui humanitatem, qui immortalitatem vel mortem separatim a quovis subjecto contemplaret cognitiones haberet abstractas.

Cognitio realis dicitur illa quę representat sive possibilia sive existentia. Fictitia e contrario res representat praeter mentem considerantis nullatenus existentes; cujusmodi ver. gr. sunt centauri, et hujus[?] generis figmenta poetarum.

[illegible] aliquantum prolixa communis[?] descriptio, quę [illegible] plebei [illegible] Poetę [illegible]

(B.)

Quid cognitio simplex et complexa; adequata et inadequata, distincta et confusa.

Cognitio simplex est illa quę nobis repręsentat rem unam in se et indivisibilem, v. gr. animam; complexa vero rem nobis repręsentat unam quidem in se, attamen divisibilem, v. gr. corpus.

Cognitio adequata est illa, quę nobis omnem qualitatem et quantitatem rei repręsentat, inadequata vero est illa, quę omnem quidem qualitatem rei nobis repręsentat, non vero quantitatem

Cognitio distincta repręsentat qualitates, non quantitates; cognitio confusa aliquas quidem qualitates, non omnes.

(C)

Quid cognitio directa, et reflexa

Cognitio directa respicit objectum ab homine cognoscente distinctum; reflexa vero respicit mentem ipsam cognoscentem. Percipere est cognitiones directas obtinere, appercipere est cognitiones obtinere reflexas. Communiter appercipere, sive cognitiones habere reflexas appellatur conscientia.

Numerus III

De pręcipuis notionum differentiis ratione originis

(A.)

Quid cognitio innata et nata: sensualis et intellectualis, naturalis et supernaturalis

---

Cognitio innata est habitus principiorum sive idearum aliter dictus intellectus ingcognitis et lumen rationis. Hujusmodi tamen cognitio nec directa nec reflexa est. Nil proinde menti repręsentat, sed est illi via ad quascumque cognitiones particulares et universales obtinendas. Cognitio hujusmodi est radix omnium cognitionum divinitus incepta. Cognitio nata e contrario est quęvis cognitio directa et reflexa (1)

Quod si cognitio obtineatur a sensu, sensualis dicitur; si vero sine corporis experientia cognitio obtineatur, intellectualis dicitur, et pura (2).

Cognitio naturalis illa dicitur, quę solis naturę viribus acquiritur. Supernaturalis vero dicitur illa ad quam obtinendam Dei gratia indigemus

(1) experimentaliter, traditionali [illegible], licet in unaquaque obtinenda aliquid experiamur.

(B.)

Quid cognitio probabilis et certa; obscura et clara; historica, et philosophica.

Quando aliquis inter plures vias, quæ sibi objiciuntur, ad neutram sese determinat, dicitur hæsitans, incertus; ac animo suo dubius. Quod si iis viis ad invicem comparatis jam jam ad unam sese determinat, ac recipit præ aliis, eo quod aptior sibi videatur, tunc homo iste a statu dubii ad opinionem devenisset, qui utique status est quem dicimus probabilitatis. Cognitio igitur probabilis est animi adhæsio cum formidine. Cognitio certa e contrario omnem excludit timorem. Tunc enim firmiter aliquid retinemus.

Cognitio obscura est quando aliquid admittimus, propter veracitatem testis, propter species aliquas (i. e. gr. cognoscunt credentes in obsequium Divinitati revelantis. Cognitio clara habetur quando rem aliquam admittimus propter suam cum principiis innatis convenientiam, propter nempe speciem suam. Atque cognoscentes dicuntur sive per causam, unde scientia definitur: = cognitio certa et evidens rei per causam =.

Cognitio historica est eorum quæ eveniunt; philosophica vero est cognitio causarum eventuum.

(C.)

Quid cognitio vera et falsa.

Tunc tandem cognitio dicitur *vera* cum ea quæ repræsentat reapse sunt; cum inter suam repræsentationem et rem repræsentatam sit æquatio. Atque hæc est causa cur cognitio dicatur etiam rei imago.

Falsa e contrario tunc dicitur cognitio cum rem repræsentet aliter ac sit, cum inter suam repræsentationem et rem repræsentatam non sit æquatio.

Articulus III

De Notionum signis.

Numer. 1

De præcipuis notionum speciebus

.4.)

Quid signum naturale et artificiale; vox et scriptura

Signum illud dicitur quod præter speciem sui aliis etiam rei speciem in cogitationem

facit venire. Sic fumus visus, et in sui cognitionem et ignis facit venire. Requiritur tamen ut nexus inter signum et rem signatam intercedens sit aspicientibus cognitus.

Signum naturale est illud quod natura sua cum re signata est connexum. Hujus generis signum est fumus respectu ignis: respiratio animalis respectu ejus vitæ; imago respectu sui objecti quod repræsentat. Artificiale vero signum est illud, quod a libera alium voluntate vel Dei, vel hominum habet ut rem a se diversam designet. Tale signum est hedera respectu vini venalis.

Vox et gestus plerumque in homine sunt duo signa; dixi plerumque, eo quod non raro voces emittuntur ab hominibus, ac motus in membris fiunt quæ apud adstantes speciem suam tantummodo in eorum excitant mente, quoniam eorum nexus est apud eosdem prorsus ignotus.

Voces dividuntur in articulatas et non articulatas; et gestus pariter dividuntur in voluntarios, et involuntarios.[I] complexio vero gestuum qui pariter sint totidem signa, lingua visualis dicitur.

(B.)

Quid indicare et definire; proponere et describere, affirmare et negare

Indicare est aliquod tantummodo de toto significare. Definire est quod in re vel in homine obscurum invenitur explicare. Ubi proinde obscuritas non est, definitioni non est locus; atque nominalis et realis est consequenter definitio ½ vel ipsa cognitio obscura sufficit ad indicandum ad definiendum requiritur saltem cognitio distincta. Aliter, ut Politici loquuntur, quomodo fieri posset definitio per genus et differentiam?

Proponere est per interrogationem aliquid indicare. Si proponeret aliquis nostrum dicendo: = Utrum numquid Civitas? =. Describere est rem cum suis qualitatibus designare.

Affirmare et negare est judicium de aliquo proferre sive patefacere.

(C.)

Quidque sit demonstrare

Ille signis aliquid demonstrat, qui in suam sententiam et alios adducit; qui proinde et alios secum vel dubitantes, vel opinantes, vel credentes vel scientes reddit.

Numer. 2.

De præcipuis notionum differentiis ratione objecti

(A.)

Quæ sunt signa substantiva, et connotativa; et quæ sint absoluta et relativa

—

Signa substantiva illa sunt, quæ substantiam aliquam indicant; v.gr. talia sunt voces, homo angelus, Deus. Connotativa vero sunt omnia illa verba quæ qualitates, et accidentia indicant substantiarum. Quod si ad signa substantiva pertinent nomen et pronomen, ad signa connotativa

I Complexio vocum, quæ sint signa, lingua auricularis dicitur

aliæ orationis partes v. gr. verbum adverbium et cætera pertinent

Signa absoluta illa dicuntur quæ rem sine ordine ad aliam designant ut homo, angelus. Signa relativa e contrario sunt quæ rem cum ordine ad aliam significant, ut dominus, servus, et alia similia.

(B.)

Quæ sint signa concreta et abstracta; et quæ collectiva et distributiva

—

Signa concreta vocantur ea quæ significant subjectum, forma, sive modo affectum, ut puer, vir, alacer, dives, doctus; signa abstracta e contrario sunt illa quæ formam sive modum sine subjecto designant ut alacritas, divitiæ, doctrina.

Signa collectiva sunt ea quæ plura, quæ simul unita sunt aliquo modo significant: ut Exercitus, Ecclesia, Populus. Quando signa distributiva sunt illa quæ res ab invicem separatas, per qualitates attamen communes indicant, ut sunt genera, species, familiæ quorum tam frequens est usus apud eruditos. Sic regnum minerale, vegetale et animale: hæc sunt signa distributiva.

(C.)

Signa realia; et nominalia.

Signa tandem realia ea omnia dicuntur quæ aliquam rem designant: quando signa nominalia ea sunt quæ sunt signa signorum: illa imponuntur ad significandas res: ista ad significanda signa rerum; illa antiquitus signa appellabantur primæ intentionis, ista secundæ intentionis. (Vocabulum

Numerus 3.

De præcipuis signorum differentiis ratione modi

(A.)

Quæ signa cathegorematica, et syncathegorematica: determinata et vaga.

— —

Signa cathegorematica sunt omnia ea signa, quæ per se sola aliquid significant, ut homo, angelus, Deus. Syncathegorematica vero sunt illa quæ per se sola nihil significant, ut omnis, nullus, quisque. Quod si aliquam indicarent qualitatem, minime vero eandem attinerent signum subjecto ut doctus, vanus tunc signum a quibusdam appellatur mixtum

Determinatum est illud signum quod rem aliquam singulariter significat: hinc hujusmodi signum dicitur etiam proprium: atque habetur veluti imago distincta cognitionis

Vagum e contra est signum quod rem aliquam singulariter non significat; atque idcirco improprium dicitur, et qualis confusa rei imago habetur

(B.)

Quæ sint signa univoca et æquivoca; et quæ sint analoga.

Univoca sunt illa signa, quæ quandocumque adhibeantur, quæ de quocumque subjecto loquentes usurpemus idem semper sonant eamdem nempe significationem habent semper. v. gr.

minus homo sive de Platone, de Socrate et Cartesio prædicetur eandem semper habet significationem: signum proinde est univocum.

Æquivoca illa sunt signa, quæ non semper usurpantur secundum eandem significationem. Hujus generis est terminus Canis, qui diversam habet significationem ut animal marinum, terrestre, ac etiam sydus.

Analoga sunt illa signa quæ adhibentur ad res diversas significandas propter quamdam similitudinem illis communem. hinc metaphoræ, methonimiæ

(C.)

Quæ signa sint vera, et quæ falsa

Tunc signa sunt vera quando fideliter significant mentis notiones; falsa sunt e contrario signa quando plus vel minus contradicant mentis notionibus

Quod si veritas rerum consistit in earumdem conformitate cum intellectu a quo pendent: et veritas cognitionum consistit in concordia mentis cognoscentis cum re cognita: veritas pariter signorum consistit in concordia significationis cum mentis notione.

Quæ triplex veritas appellatur etiam duplici hoc modo: veritas in essendo: veritas in cognoscendo: veritas in annuntiando; sive veritas metaphysica, logica et moralis.

Secunda Logicæ pars

sive

Euristica

Articulus 1.us

De generalibus judicandi mediis

Num. 1.

Quæ sint generaliores judicandi rationes

D. Th. I. P. Q. 12. a. 1. Cognoscere est modus secundum modum est in cognoscente.

(A.)

Generatim loquendo tres sunt modi quibus de rebus judicamus, easque cognoscimus

(B.)

Hoc enim præstamus vel ope sensuum externorum, vel aliorum testimonio innixi, vel interna rerum luce acti

(C)

Qui tres modi, inadequate quidem, appellantur Experientia, Traditio, et Ratio.

Numerus II.

Quæ a singulis hisce mediis proveniant, indicatur.

(A.)

Summopere autem inter se differunt res quæ auxilio unius vel alterius ex hisce tribus mediis a nobis dignoscuntur. 1o

Sunt ei quæ per sensum cognoscimus (sunt rerum colores, sapores, odores et cætera), ac proinde hujusmodi cognitiones dicuntur etiam experimentales.

(B.)

Quæ aliorum testimonio innixi cognoscimus, sunt eventus a nobis dissiti, sive ratione temporis, sive ratione locorum, sive ratione naturæ.

Talia v. gr. sunt quæ seculis anteactis evenerunt: quæ in aliis regionibus nobis ipsis viventibus eveniunt; et quæ principiis per se notis, hoc est rationis lumine menonrari nequeunt, ut sunt mysteria.

(C.)

Quæ autem rationis lumine cognoscimus, sunt res spirituales, rerum relationes, ac ideæ omnes. — Hinc est, quod cognitiones quæ obtinentur aliorum testimonio appellantur traditionales; quæ vero lumine rationis, appellantur metaphysicæ. Hujusmodi est, = Totum majus est sua parte =, = Quæ sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se =.

Numerus III.

Non idem apud omnes horum mediorum est usus.

(A.)

Quamvis autem omnes homines possint hisce tribus cognoscendi mediis uti, non idem tamen est apud eadem usus.

(B.)

Multus quidem est sensuum usus; major adhuc est traditionis usus. minimus vero est rationis usus

(C.)

Providence omnes homines multum experiuntur, plurimum credunt, minimum sciunt

Articulus II.

De fallaciis, quibus cognoscendi media sunt obnoxia.

Numerus 1.

Quibus praecipue de causis prima cognoscendi via sive experientia sit fallax.

A.)

Tres sunt praecipuae causae cur in experientia erramus. Quarum prima est defectus proportionis objectorum cum sensibus: quando nempe adhibemus sensus ad cognoscenda ea, quae ipsis non subjiciuntur.

= Tutto ciò di cui essi possono avvertir l'anima, ut scribit Stephanus Sala, si riduce a lume, colori, sapori, odori.... ed alle affezioni dei corpi.... che atte sono ad urtare i cinque organi, della vista cioè, dell'udito, del palato, dell'olfatto, del tatto = (Lezioni logiche part. 2. sez. 2. n. 114.).

Falluntur proinde omnes illi, qui ope sensuum judicare vellent virtutes, spiritus, ac universalia, quales ut Lokiani, cum experientia tantummodo ad cognoscendum admittant facere coguntur. Hinc etiam enatum est illud proverbium = Caecus non judicat de coloribus =.

(B.)

Secunda causa est defectus proportionis inter sensus et res eisdem subjectas.

= Infatti, ut idem Sala observat, o non sono essi sani: Piglierete per giudice dei colori un Itterico, un Febbricitante? O l'oggetto è in una eccedente distanza situato. Mirate da lontano una Torre ottangolare: vi sembrerà rotonda. O il corpo medio tra l'oggetto e l'organo è ingombro da impedimenti ed ostacoli: Se vedete un remo nell'acqua vi pare piegato = (ib. n. 116.).

(C)

Tertia tandem causa est defectus proportionis inter animam et sensus ipsos.

Quod triplici evenit modo: primo si mens sine attentione hoc vel alio corporis sui organo utatur: secundo, quando mens sensibus corporis utens, aliqua sit passione perturbata. Passiones enim, ut cum Tullio loquamur, mentis oculos perstringunt. Tertio quando mens secundum quandam anticipationem recurrit ad sensus corporis sui, ut res sibi subjectas adjudicet: et praejudicia ubique sunt, quod hujusmodi anticipationem constituunt.

Un povero putello impressionato dalle balie dalle fate dell'Orco, e del Bobò non si fa di notte tempo a vedere che sotto l'influenza di siffatte superstizioni: così ombra

innocente, uno strepito insignificante, vestono per lui un aspetto il più terrifico; cose puramente naturali a motivo dei pregiudizj, che oscurano la sua mente, son riputati per altrettanti spettri o diavolerie.

Hæ sunt præcipuæ causæ errorum quos committimus in prima cognoscendi via

Numerus 2.

Quibus præcipue de causis secunda cognoscendi via sive Traditio sit fallax.

(A)

Tres sunt præcipuæ causæ cur in Traditione erramus.

Quarum prima est quando ille qui aliis cognitiones suas vel verbis, vel scriptis vel monumentis communicat et tradit decipitur in cognoscendo

(B)

Secunda causa est quando ille, qui verbo, scriptis, aut monumentis alios docet non ea quæ intellexit, non quod ipse cognoscit aliis communicat, sed contraria, vel dissimilia.

(C)

Tertia causa est quando ille qui auscultat verba, vel scripta legit, vel monumenta consulit, eorum significatum vel parum vel nihil cognoscit.

Defectus igitur veritatis logicæ, et moralis in persona quæ tradit, et defectus cognitionis signorum in persona quæ auscultat, sunt causa errorum quos in secunda [illegible] via evenuint.

Numerus 3.

Quibus præcipue de causis tertia cognoscendi via sive ratio sit fallax.

(A)

Tres præcipuæ sunt causæ cur nos in ratiocinando erramus

Quarum prima est defectus dispositionis in mente, sive quia ignoramus statum quæstionis quod in scholis dicitur ignoratio elenchi: sive quia nobis animum habentes [illegible], vel parum vel nihilum attendimus

[illegible] crede facilmente [illegible] che si brama, ut inquiebat celeberrimus vir Locke, e le più cattive ragioni sembrano tante dimostrazioni [illegible] essere in tal modo ingannato se stesso, l'aria decisiva di parlar [illegible] che si credono serve ancora ad ingannare altrui. [illegible] Socrate al riferir di Aristotele = [illegible] non [illegible] lodare gli ateniesi in Atene = i cui cattivi ragionamenti parevano loro meravigliosi quando tendevano a provar qualche cosa, [illegible] avesse potuto fare onore alla loro città = [illegible] delle scienze [illegible])

ignoranza
nel
[illegible]
è [illegible]
[illegible]

[illegible] di [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
stato della
questione.

[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]

(B)

Secunda vero causa cur in ratiocinando erramus est defectus principiorum. V. gr. sic esset, si quis uteretur non causa pro causa. = Ogni cagione precede il suo effetto: il vento ha preceduto la pioggia: dunque il vento è cagione della pioggia. Etsi, ut prosequitur idem scriptor = Perchè una cosa sia cagione d'un'altra, non basta che la preceda = (Stephanus Sala ut sup. n. 186.).

Sic esset si quis tamquam principium assumeret ad probandum quod est in quæstione, si nempe fieret petitio principii, quemadmodum videtur in sequenti exemplo = Ciò che dura eternamente è immortale: l'anima dura eternamente: dunque l'anima è immortale = (Sala ibid. n. 187.)

Sic esset si quis tamquam principium ex præmissis, et præmissas ex conclusione, ut videre est in sequenti exemplo: = Io ho vent'anni perchè sono in Filosofia e sono in Filosofia perchè ho vent'anni = Quod schema dicitur in scholis circulus vitiosus.

(C)

Tertia denique causa cur in ratiocinando erramus est principiorum abusus.

Quod fit transeundo de genere ad genus sive per defectum, sive per excessum. Per defectum nempe hoc eveniret, quando aliquis argumentaretur a sensu diviso ad compositum: e gr. Gli elementi dei corpi sono inestesi: ma i corpi sono composti di questi elementi: dunque i corpi sono inestesi. Egli è vero che gli elementi presi separatamente possono essere inestesi ma uniti per mezzo di certe forze, che li tengono lontani dallo scambievole toccamento possono formare dei composti estesi = (Sala n. 132.)

Per excessum e contra eveniret quando a sensu composito ad divisum quis argumentaretur ut apparet in sequenti exemplo. = Homo est mortalis: ergo anima est mortalis = . I corpi sono estesi: ma i corpi sono formati di elementi: dunque gli elementi sono estesi = (Sala n. 133.)

Quo vitio etiam peccaret qui a particularibus ad generalia concluderet: vel a præmissis negativis aliquid positivum deduceret

Articulus III

De Methodo singulis illis viis recte utendi

Item 1

Quæ sit experiendi methodus. —

(A)

Quæ convenire debent ad recte experiendum, ad cognoscendum nempe ope sensuum

1 Primum haberi debet proportio in objectis ers sensuum digno. conulis

Cioè a dire a cose materiali soltanto e individuate rivolgere si debbono i sensi; anzi per i colori l'occhio, pei sapori il palato, e così discorrendo

(B.)

Secundo haberi debet proportio inter sensus et objecta ipsa materialia et individuata

= Siano dunque i sensi sani: l'oggetto sia situato in una discreta distanza: il mezzo sia sgombro da impedimenti ed ostacoli = (L'ab. Stef. Sala ut sup. N.o 101.).

(C.)

Tertio haberi debet proportio in ipsa mente experientis

Cioè a dire con attenzione con animo tranquillo, e mente non prevenuta usar si deve di questo, o quel senso del corpo nostro

Cimento – II

Jus et credendi methodus –.

—

(A.)

Tria pariter conjungi debent ad recte credendum ad cognoscendum nempe ex auxilio traditione.

E queste tre cose sono le seguenti, che per amor di brevità possiam solo accennare: bisogna cioè assicurarsi, che le persone relatrici non potessero ingannarsi; bisogna in secondo luogo assicurarsi, che esse persone non volessero ingannarci · bisogna in terzo luogo assicurarsi, di aver conosciuto il significato dei segni delle relazioni loro

(B.)

Assensu firmissimo omnia admittenda sunt quae divinae Auctoritati innituntur, vel Ecclesiae

Perchè Dio Somma Sapienza non può essere ingannato e Somma Bontà non può ingannare alcuno, e perchè alla Chiesa Dio medesimo ha promesso assistenza fino al termine dei secoli

(C.)

Dicimus tandem sententiam in communi, atque constanti omnium populorum consensu fundatam, pro certa tenendam esse: nec non eorum sententiam quam ipsi secuti sunt omnibus vitae obstantibus perecuno.

Perchè senza verità non è spiegabile il consenso degli uomini tutti; e nemmeno quello di parecchi e parecchi uomini a malgrado della vita

De cetero plus minusve probabilis est dicenda illorum assertio, qui aliis ore tenus dicunt vel scripto quo plus vel minus probabilis est eorum scientia et sinceritas.

Numerus III

Quae sit methodus ratiocinandi ~

A.)

Tria pariter convenire debent ad recte ratiocinandum, ad vignorandum nempe rationis lumine.

Requiritur in primis mentis dispositio: motus nempe animi sedari debent, studium vanitatum deponi, ac rei dijudicandae distinctio fieri debet

= Conviene che si spogli di preoccupazione, d'interesse e di passione = (Cochet. ut supra Cap. 1. art. 1.); = e perfettamente conoscere lo stato della questione, e concepire chiaramente e distintamente il preciso punto = (id. ib. art. 2.)

(B.)

Requiritur secundo ut rem sibi propositam mens ipsa sub omni aspectu examinet

Dijudicamus autem proposita quando ea vel cum primis principiis per se notis conferimus, atque comparamus; vel quando eadem conferimus ac mensuramus cum aliis veritatibus certis ac notis, uti sunt axiomata: v. gr.: idem non potest simul esse et non esse nihil est sui ipsius causa et effectus, nihili nullae sunt proprietates, nihil sine ratione sufficienti; a posse ad actum non valet illatio.

E poichè l'eguaglianza, ossia la verità non solamente si può conoscere dal confronto immediato, v. gr. dell'attributo col soggetto; ma ancora dal confrontarla con una terza sostanza. Ne conseguita che l'esame esser deve delle cose coi loro principj, degli attributi coi loro soggetti immediato, o mediato Essendochè oltre al principio d'identità o contraddizione, si ha ancora, che due cose uguali ad una terza sono uguali tra di loro

(C.)

Requiritur tertio ut mens, re sic examinata, ac diversimmode adhaereat. Si v. gr. attributum cum subjecto evidenter conveniat, vel duae res evidenter conveniunt cum tertia, ita ut contrarium esse non potest, tunc firmissimo assensu adhaereat necesse est.

Si vero attributum cum subjecto, vel duae res cum tertia obscure tantummodo conveniant ita ut contrarium impossibile non appareat tunc nonnisi dubitanter adhaereat nonnisi opinando.

Nel raziocinio comparir vi deve il nesso necessario tra i soggetti e i loro attributi tra le cause e gli effetti, tra l'antecedente e il conseguente, tra le premesse e la conclusione.

Pars Tertia Logicae

sive

Apodictica.

Articulus I

Prima ex tribus conditionibus ad docendum

(A)

Docentibus illa potissimum sunt necessaria, quorum primum est inter docentes et discipulos charitas.

= In malevolam animam inquiebat Sapiens Regum, non introibit sapientia = (Sapient.)

Le parole d'un dicitore odiato mancano per lui così d'ogni efficacia.

(B)

Cum e contra si bona gaudeat fama, si spectatae sit vitae, si animos sibi reverentes comparaverit ejus verba pariter quadam reverentia audientur.

Dell'uomo che si rispetta sono i parlari stimati.

(C)

Quod melius adhuc eveniet si nedum reverentia, sed etiam amicitia sit aliis conjunctus. = Amicitia, ajebat D. Gregor. [illegible], quae disjuncta sunt propinqua facit =

Unde D. Augustinus asserere non dubitavit: = Non intratur in veritatem nisi per charitatem = (Lib. 32. cont. Faust.)

Articulus II

Secunda ex tribus conditionibus ad docendum

(A.)

Secunda vero ex conditionibus ad docendum necessariis, sunt signa sive auricularia, sive signalia sive inscripta, sive insculpta.

La parola, scribit de Bonald, splende nel luogo oscuro della nostra intelligenza e ci fa vedere i nostri propri pensieri; come la luce esterna penetrando in un luogo oscuro mi fa vedere il mio proprio corpo — (Legisl. primit. [illegible])

— Si pensa [illegible] [illegible], coll'ajuto della parola =; et Michael Parma: = Il linguaggio è l'organo delle ragioni =; et alius: = È la magica catena degli uomini fra loro e il pensiero divenuto palpabile = (Della Rivista dei Due Mondi)

(B)

Ea autem signa sunt ad hoc accommodata non sunt indiscriminatim accipienda

[illegible] 1837-76 [illegible]

sed ea tantummodo dici debent, quæ quid audientes esse possint si non adæquata saltem distincta rei communicandæ imago.

Proindeque merito quidam Auctor scribit: = Tutte le parole siano generali o particolari, di cui si forma e compone una lingua, debbono specialmente avere un significato, che sia ben certo e determinato dall'uso. Se la maggior parte di termini componenti una lingua non hanno siffatta prerogativa, i giudizj saranno sempre incerti ed ambigui; allora ignorando il preciso valor dei vocaboli, il caso ne determinerà l'impiego; e in tal modo confondendo il vero col falso, l'evidente col dubbio, le nostre cognizioni invece di progredire, saranno anzi ritardate dalla incertezza, e dalla falsa applicazione dei segni che debbono esserne i custodi = (Saggio filosof. sulle cause che influiscono allo sviluppo delle um. cogniz. cap. V. n. 55)

(C)

Quod omne ut prima obtineatur, duo requiruntur media

Primum nempe primo ut qui docere debet, distinctam habeat cognitionem eorum, quæ aliis vult communicare

Secundo ut idem ad alios edocendos signa univoca et determinata adhibeat, quæ sibi et auditoribus sint probe nota.

Articulus III

Tertia ex conditionibus ad docendum necessariis.

(A)

Quid tandem ad alios edocendos opus erit illi qui est omnibus clarus, ac in significando mentis?

Tertia conditio ad docendum necessaria est nexus eorum quæ aliis communicari debent, cum principiis certis ac notissimis etiam quos Docere volumus.

(B)

Nam, ut ajebat nuper Joseph De Maistre; = Ogni razional dottrina è fondata sopra una precedente cognizione. L'uomo nulla può apprendere se non da quello, che già sa = (Veglie di S. Pietroburgo. Trattenim. VI. pag. 113).

Sic ut Aquinas loquebatur: = Quia ex principiis quæ suo intellectu tenet, ad inquirendum procedit = (Dist. 37. qq. 1. solut. 2.). Quocirca ut ait Michael Parma, res quas volumus aliis communicare = Bisogna tutte annodarle, ed innestarle coi principij naturali, i quali sono l'essenza dello scibile =.

(C)

Docere potest vel per dialogum, quo nihil opportunius ubi Philosophorum sententias vel explorare vel invicem conferre volumus. Vel fit oratione continua, Rhetorum vel Oratorum instar, quæ communem hominum vivendi morem plurimum imitatur, vel syllogistice argumentationes semper sic

exponendo et collocando, ut iidem locum habeat illud axioma: = Quæ sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se =; atque sic adversarius vel concedere vel distinguere, vel negare illico cogatur.

N. B.

= Nell' analisi si va dal particolare al generale, diressimo dalla valle al monte, dai figli al padre; nella sintesi si va dal generale al particolare, diressimo dal monte alla valle, dai padri ai figli = (Arte di pensare Part. IV. cap. II.)

L'analisi vale dunque per l'invenzione: la sintesi per la manifestazione

Felix qui potuit rerum cognoscere causas

Virg. Georg. II 490

Philosophiae Epitome.

Attingit a fine usque ad finem fortiter et
disponit omnia suaviter. Sap. VIII

Proęmium.

Artic. 1

Quid sibi velit Philosophia

1.) Ad intelligendam quid sibi velit Philosophia juvabit prius ac pręcipue cognitionum nostrarum objecta meminerimus.

Objecta porro, quę nos homines cognoscimus, sunt res temporales et ęternę, earum denique causę; permulta proinde sunt cognitionum nostrarum objecta.

Causę autem a quibus res dependent, vel sunt causę secundę et contingentes, sive tales per participationem, vel est causa prima et necessaria, sive talis per essentiam: hoc est D. O. M., qui est Ens entium, a quo omnia habuerunt ut essent, habent ut vivant; habebunt ut quiescant; a quo proinde, sicut ajebat D. Augustinus = Omnis origo, informatio, beatitudo sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus usus expedit = (De Civ. Dei lib. 8. cap. 4.)

Cujus rei ratio in illis D. Thomę verbis elucet: = Omne quod est tale per participationem causatur ab eo, quod tale est per essentiam = (1. q. 96. art. 1.).

Quę multa ac sublimia sunt cognitionum nostrarum objecta ut in Logica videbimus.

2.) Juvat secundo ad cognoscendum quid sit Philosophia si vero etiam meminerimus elementa cognitionum nostrarum.

Elementa porro, ex quorum unione illud exsurgit, quod cognitio dicitur tria omnino sunt; objecta nempe cognoscenda, mens cognoscens, et principium cognoscendi: vel ut aliis utamur verbis, mensura mensurans mensurandum. Ex horum elementorum concursu fit, ut nos cognitiones acquiramus: nam quidquid est incomparabile est incomprehensibile. Quod idem est ac si diceretur, ad cognoscendum necessariam esse comparationem: quę utique, quemadmodum advertebamus, necessario supponit mensuram, mensurantem ac mensurandum.

Itaque tunc res dicuntur verę, quando cognitę fuerint suis regulis conformes et falsę e contra dicuntur, si cum suis principiis minime conveniant. Veritas enim

in rebus, quemadmodum tradebat Aquinas, est = Earundem æquatio cum intellectu a quo cernuntur =

Quod si nos hanc vel illam rem cognoscimus eandem cum suo principio a nobis ipsis comparantes tunc dicimur rem ipsam cognoscere per causam: si vero hanc vel illam rem cognoscimus per comparationem cum suo principio ab alio factam alterius nempe testimonio innixi tunc dicimur cognoscere per fidem. Primus cognoscendi modus est cum evidentia: secundus cum obscuritate: primo modo dicimur scire: secundo dicimur credere

Quomodo-cumque hoc fiat hisce semper constat elementis quævis hominum cognitio.

C.) Memoramus tandem intelligentiam scientiam et sapientiam tres esse mentis cognoscentis status, quos etiam præconceperimus oportet, priusquam dicamus quid sit Philosophia

Intelligentia porro est cognitio principiorum sive universalium, quæ Seneca dicebat: = Semina scientiæ =, Aquinas vero = Formas cognoscibilium =. Scientia est cognitio rerum ac causarum, si aliorum testimonio obtenta, certa, si vero per nos ipsos cum principiorum comparatione, evidens: hinc scire dicitur: = Rem ratione per causam cognoscere =. Sapientia vero rerum præcipue æternarum ac Causæ primæ cognitionem importat. Unde Aquinas aiebat: = Homo autem secundum diversa cognita habet diversas cognitiones. Nam secundum quod cognoscit principia dicitur habere intelligentiam; scientiam vero secundum quod cognoscit conclusiones; sapientiam vero secundum quod cognoscit Causam altissimam = (1. p. qu. 14. a. 1. ad secund.) Et D. Augustinus: = Hæc est sapientiæ, aiebat, et scientiæ recta distinctio, ut ad sapientiam pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis; ad scientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis = (De Trin. lib. [illegible])

His igitur præmissis, en quod nos sub nomine Philosophiæ intelligimus. Philosophia, sicut ipsius nominis etymon indicat, idem est ac studium et amor sapientiæ. Merito proinde dicendum est cum Augustino: = Sapiens a Philosopho differt, quia Sapiens est qui scit sapientiam, Philosophus, qui scire desiderat = (De Acad. lib. 1. cap. 3.)

Numerus 2.

Quæ sit Philosophiæ excellentia

A.) Quam maxima proinde appareat Philosophiæ excellentia, ac primum ratione amplitudinis objectorum, ad quæ cognoscenda præ omnibus scientiis maximum intendit. [illegible] enim — attingit a fine usque ad finem = (Sap. 8.); ac præ aliis quibusvis scientiis.

B.) Quam maxima secundo loco Philosophiæ apparet præstantia, ex eo quod per ipsam via nobis aperiatur ad beatitudinem, quæ omnia alia bona præcellit.

Nedum enim a fine usque ad finem attingit, verum etiam: – Disponit omnia suaviter – (ibid).

C.) Quibus perpensis merito sic Salomonem dixisse apparet. – Concupiscentia sapientiæ deducet ad regnum perpetuum – (Sap. 6.21). Tullium vero – Philosophiam omnium mater artium, quid est aliud nisi, ut Plato ait, donum, ut ego, inventum deorum – (Tuscul. Lib. 1. P.

Tanta est Philosophiæ excellentia

Quæstio 3
Quæ sint Philosophiæ partes –

A.) Non conveniunt Philosophi in Philosophiæ divisione, alii enim tres eidem concedunt partes, alii quatuor, et alii plures adhuc.

Et pervulgatum est, Philosophiam dividi in Metaphysicam, Physicam et Moralem.

B.) ... Nos vero universam dividimus Philosophiam in tres partes.

In quarum prima disputamus de entibus existentibus; in secunda de causis finalibus, sive de finibus rerum; in tertia de iis quæ hominibus incumbunt ad fines suos obtinendos.

C.) Atque singulas has Philosophiæ partes propriis signamus nominibus.

Primam nempe dicimus Ontologiam, secundam dicimus Teleologiam, tertiam vero Dicæologiam.

Ontologia
sive
Prima Philosophiæ pars.

Caput I
De Mundo,
sive
Cosmologia.

Articulus I.us
De præcipuis Entibus Mundum hunc constituentibus
Num. 1.
De Notione, sive Conceptu Mundi hic nobis acquirendo.

A.) Dicturi de Mundo, præstantissime [illegible], vel ab initio animum nostrum explicemus oportet.

Nos igitur profitemur: in tantum nos hanc aggredi disputationem, in quantum magnam ac intrinsecam habet connexionem cum illis veritatibus, quas viro docto nescire indignum omnino esset; sive quoad hominem, sive quoad rerum omnium Conditorem; sive quoad morum disciplinam. Hæc est nostra intentio.

B.) Tantum igitur hic inquiremus de Entibus Mundum hunc constituentibus, quantum sufficere potest ad prædictam connexionem manifestandam.

Quocirca in præsenti disputatione hujus vel illius scientiæ methodum investigationis minime sequemur: quoniam Physici vel de sideribus, vel de hac nostra tellure, vel de mineralibus, vel de plantis aut brutis vel de aliis ad Mundum hunc pertinentibus pertractantes, in tam multa ac particularia descendunt quæ nobis vel nimis longum esset pertingere, vel prorsus inutile.

C.) Sic proinde pertractationem nostram de Mundo dirigemus, ut in ea qua perstringimus temporis angustia utilem tantummodo notionem sive conceptum Mundi nobis efformare studuerimus possimus.

Ex quibus patet eo nos intendere ut tanta de Mundo a nobis dignoscantur, quanta ad Sapientiæ studium sunt apta.

Numer. 2.

De Corporibus Cœlestibus, ac Sublunaribus.

A) Ut in Logica dicebamus, corpora significant entia extensa, quæ partes habent distinctas, et extra se positas. Hujusmodi porro sunt entia, quæ corpora dicuntur Cœlestia, et Sublunaria.

Corpus Cœleste est Sol, dictum etiam Astrum Diurnum. = Il suo diametro ut tradit Joseph Xaverius Poli; uguaglia a un di presso 319314 leghe comuni di Francia, ciascuna delle quali è poco più di due miglia e mezzo d'Italia. La sua grandezza, ossia il suo volume supera di 1.400,000. volte quello della nostra terra: e la sua distanza media dalla medesima si è calcolato ascendere a 34,357480. leghe = (Elem. di Fisica Sperim. Tom. 1. Lez. 3. art. 2. n. 164.).

= In modo tale, advertit Nicolaus Covelli, che una palla del calibro, e della velocità di quella spinta del cannone, supposto che corresse in linea retta dalla terra al Sole, senza perder nulla della sua velocità, impiegherebbe circa 13. anni per giungere a quell'astro = (Cenno di Astron. per servire di continuaz. al Trat. Elem. di [illegible] del Sr Poli).

Et alia etiam corpora quæ circa ipsum Solem eunt, dicuntur cœlestia; quæ cum quaniam moventur, dicuntur stellæ errantes, sive græco nomine Planetæ; v. gr. Mercurius, Venus, Mars, etc.

B.) Post vero solis occasum permulta alia objiciuntur spectanda corpora cœlestia, quæ hoc nomine vocantur stellæ fixæ, vel sydera inerrantia.

De quorum distantia a tellure nostra, vel magnitudine et numero nonnisi obscure aliqua Astronomi hucusque cognoscere potuerunt. Sic enim prædictus Covelli tradit. = Le stelle poi sono sì lontane da noi, che la loro paralasse svanisce interamente. E gli Astronomi non hanno nessun metodo per trovare le distanze. Con un calcolo prudenziale si fa da alcuni 200.000 volte di quella del Sole alla terra in modo tale, che la luce delle medesime abbisognerebbe presso a poco di tre anni per giungere a noi; quantunque non impieghi più di 8. minuti per propagarsi dal sole a noi = (id. ib.)

= Il loro numero poi, ut prædictus Poli tradit, è immenso, e fuori della portata della umana capacità. Il Sr Herschel mercè il suo nuovo telescopio, ha scoperto che una fascia della via lattea lunga soltanto 15. gradi, e larga due in se conteneva più di 30000 stelle visibili, e degne di potersi numerare distintamente, oltre ad un numero immenso di altre, che per la debolezza del loro splendore, di tratto in tratto erano a stento discernibili mercè d'un barlume = (ibid. n. 158)

(v.) Corpora tandem sublunaria dicuntur illa, quorum complexio hanc, quam incolimus tellurem, constituunt.

Atque hæc corpora sublunaria, sive terrestria, ut melius dignoscantur, a viris eruditis distingui solent in corpora inorganica et organica; vel etiam trifariam v. gr. in Regnum Minerale, Vegetale et Animale.

Ad regnum Minerale spectarent v. gr. congregationes aquarum, terræ, aera, bitumina, lapides, ac metalla. Ad regnum Vegetale spectarent omnia genera plantarum quæ in immensum, ut ita dicamus, Botanici ascendere faciunt. Ad regnum vero Animale spectarent pisces maris, reptilia terræ, volatilia cœli, et pecora campi.

Hæc dicta sufficiant de corporibus, tum cœlestibus tum sublunaribus.

Numerus 3.

De præcipuis ipsorum corporum differentiis.

---

(1) Cum insuper aliquid dicere nobis placeat de præcipuis differentiis, quæ inter prædicta intercedunt corpora, præmonitum volumus, ea tantummodo dicturos esse, quæ ad finem propositum conducunt.

Exordientes itaque a corporibus cœlestibus, sequentes tantum indicamus differentias.

Sol v. gr. circa seipsum movetur, planetæ autem circa eundem volutantur; et si Sol et planetæ in cœlo splendeant, Sol lumine proprio rutilat quando planetæ nonnisi lumine mutuato splendent.

Sydera ipsa inerrantia rutilant lumine proprio, volutari tamen non apparent. = La maggior parte di tali corpi, tradit enim prædictus Covelli, osservati più volte di seguito, compariscono immobili, vale a dire, conservano le stesse situazioni gli uni rapporto agli altri, ed essi sono stati perciò chiamati Stelle fisse, o semplicemente fisse = (ib. ut supra).

Quod si primo intuitu moveri apparent, hoc fit ex motu telluris nostræ, quemadmodum navigantibus littora apparent se moveri.

Corpora cœlestia cum sublunaribus comparata magnitudine præcipue differunt; atque hoc maxime apparet si eadem comparentur cum plantis et brutis microscopicis, ita ut sine errandi periculo cum Blasio Paschal, hominem quoad corpora cœlestia dicere possumus: = Un punto impercettibile, un nulla =; quoad corpora vero sublunaria et microscopica eundem dicere possumus = Un colosso, un mondo, o piuttosto un tutto = (Pens. cap. 22.)

) Aliquid insuper dicere volentes de plurimis differentiis quæ distingui solent in corporibus sublunaribus, tria tantummodo annotamus, per quæ mineralia a vegetabilibus distinguuntur.

Mineralia in primis sorsigillatim spectata, si mutationem subeant in aliqua sui parte, nihil propterea aliæ partes deperdunt; dum e contra plantæ, cum sint corpora organica, si ramum v. gr. amittunt, aliæ partes etiam patiuntur — Se schiantisi un ramo da un albero, ut ipse scribit Joan. Hemming, il tronco stesso ne soffre nel mentre che la parte staccata offre ben tosto un' alterazione in tutte le sue qualità sensibili: le foglie v. gr. avvizziscono, e cadono, i ramoscelli da pieghevoli si fanno rigidi; e la corteccia che dianzi mostravasi molle, assume l'aspetto di una crosta raggrinzata = (Filosof. Zoologica Vol. 1. cap. 1)

Mineralia secundo loco, si sibi fuerint relicta, vel ut ipse Hemming explicat, = A meno che non vengano a provare gli effetti di qualche forza esteriore, chimica, o meccanica = (ibid), perdurant, ac prorsus stabilia sunt: dum e contra plantæ nec semper perdurant, nec eodem modo, estia proinde fluxa et fragilia =. Dal punto, ipse Hemming ajebat, dal punto in cui l'esistenza della pianta ha principio fino a quello della sua dissoluzione, non resta il suo corpo stazionario ma bensì incremento e decremento a vicenda succedonsi. La giovinezza segue l'infanzia, e l'età matura precede alla vecchiaja — (ibid. ut supra). — Denique ut ejusdem auctoris verba adhibeamus = I corpi non contano parenti nè prole, nè possegono integumenti che li proteggano dalle ingiurie esteriori, e ne mantengano la forma laddove le piante contano parenti, possegono una forza riproduttiva, e trovansi coperte da un involucro naturale, che per istruttura differisce dalle parti interiori, difende queste stesse dalle azioni degli agenti esterni, e mostrasi suscettibile di estensione, e contrazione = (id. ib.).

Differentiæ vero praecipuæ, quas plantas inter et bruta nobis notare placet, sunt sequentes

Differunt primo bruta a plantis propter quoddam locum, in quo quasi in centro uniuntur alimenta, quod plantis deest. = Nei vegetabili in verun conto riesce di scoprire cavità alcuna ... destinata a ricevere l'alimento. All'incontro negli animali troviamo esservi un canale alimentare, intitolato stomaco o ventricolo, unico in ogni individuo.

Secundo loco bruta differunt a plantis propter diversitatem originis canalium, quibus alimenta ... — I vasi assorbenti di nutrizione nei vegetabili, ut ait idem auctor, derivano dalla superficie, mentre quelli degli animali prendono origine nell' interno del canale alimentare. Il Dottor Alston chiamò perciò immaginosamente i primi col nome di animali arrovesciati = (ibid.)

Differunt denique bruta a plantis propter vim motricem, qua gaudent, et qua si non ex toto, ex parte saltem sese movere videntur. = La contrazione, e la espansione, ut cum præfato Auctore loquamur, che le fibre vegetabili manifestano per l'appli-

Patrizi Della Pianta

(4)

cagione di uno stimolo, indicano una irritabilità simile a quella degli animali.... Tutti i suoi movimenti però sono di una natura passiva = (ibid.). Contra è contra bruta si stimulus fuerit gratus, rursus eundem adeunt; si vero fuerit noxius, ab ipso vel abstinent, vel aufugiunt, vel etiam repellant.

Quæ de differentiis inter cœlestia et terrestria corpora intercedentibus dicta sufficiant.

Articulus II.

De Generalioribus ipsorum entium proprietatibus.

Num. 1.

Proprietates corporibus cœlestibus et terrestribus communes.

A.) Postquam præcipua entia quæ mundum hunc adspectabilem constituunt superius recensuimus, nostra instituti ratio nunc exigit, ut aliqua dicamus etiam de generalioribus ipsorum corporum proprietatibus: atque in primis de illis dicemus, quæ iisdem corporibus indiscriminatim conveniunt.

Dicimus itaque prædicta corpora a nobis recensita esse limitibus circumscripta, idest limitata.

Causa autem cur ita affirmamus, ex eo deducitur, quod singula ipsa corpora uni vel alio subjacent ex nostris sensibus. Cum nonnisi extensa, ac proinde limitata, vel visum, vel auditum, vel quemvis alium sensum corporis nostri feriant.

B.) Dicimus secundo, singula quæ recensuimus corpora esse mutabilia.

Causa autem, cur ita affirmamus, deducitur ex eo, quod extensa quæcumque illa sint, tum majora, cum minora concipi possunt. Patet enim omnia esse mutabilia quæ vel augeri vel minui possunt.

C.) Dicimus tertio, inter corpora cœlestia et terrestria quemdam reperiri ordinem, quamobrem haberi connexionem; ipsa videlicet dicimus esse connexa.

Quod ex eo est nobis manifestum, quod corpora organica, bruta nempe et plantæ, existere non possent, ubi deficerent anni tempestates, dierumque successiones; nec quemquam latere potest, easdem anni tempestates dierumque successiones ab actione astrorum cœlestium pendere, maxime autem a Solis influxu. Unde dominus pluries a nobis laudatus scribit: = Tuttociò che noi con certezza conosciamo, si riduce a questo ... il regno organico ... sopra tutto l'inorganico ... (ibid.)

Generatim igitur spectata corpora cœlestia ac sublunaria, limitata, mutabilia et connexa esse videntur.

Numer 2
Proprietates tum plantis cum brutis communes

A.) Imprimis plantæ secundo loco ac bruta ipsa quasdam habent proprietates sibi communes

Nam plantæ cum bruta in primis certo ac determinato numero partium gaudent, quæ de cetero vel in ipsa figura, sive forma ab invicem distinguuntur. V. gr. = Tu sempre troverai nelle piante d'una data specie e famiglia, quando sieno sviluppate a dovere, radici e fusto, e fiori e frutta. Così troverai sempre di quei dati membri andar fornita, v. gr. la specie dei lupi, delle volpi, degli avvoltoj; parti, o membri che nella massima parte ad occhio nudo veggonsi differire per figura, ossia per forma gli uni dagli altri =

B.) Plantæ secundo loco et bruta, quas habent partes, quoquo modo recensebamus, dummodo perfectæ sint sanæ, easdem regulariter tenent dispositas ac certo ordine distributas: V. gr. = Tu vedrai maisempre le radici delle piante al disotto del fusto; ed i fiori precedere le frutta. Così parlandosi del regno animale, pesci e volatili, rettili e bestie qualunque hanno sempre i loro organi allo stesso sito com'è proprio della specie cui appartengono

C.) Plantæ denique et bruta quæ certis variis ac regulariter dispositis partibus gaudent, iisdem utuntur, ut vivant, iisdemque utendo alias ac alias operationes producunt.

V. gr. Nelle piante le radichette e le foglie inservono ad attirare i succhi nutritivi, i pettali dei fiori inservono a raccogliere, a concentrare e dirigere la luce e il calore. Così va dicendo degli animali com'è facile a vedere nelle specie, cui conosciute –

Numer 3
Proprietates brutis omnibus communes

A.) Bruta ipsa tandem aliquas habent proprietates sibi communes.

Ipsas in primis res externas distinguunt, dummodo aliquam impressionem in suas partes, sive organa faciunt.

Difatti se la rondine madre, distingue e conosce il suo nido, ed i suoi piccioli tra tanti altri nidi simili: i medesimi rondinini distinguono la lor madre. Il bove pure discerne tra uomo padrone e non padrone; per fino l'asinello non confonde la sua abitazione con altri luoghi vicini

B.) Secundo loco bruta recordantur eorum quæ prius distinxerunt, ac experta sunt.

Il Cavallo al sentire quel sibilo del suo conduttore, che premette ai colpi di frusta, cui ebbe più volte a soffrire, si agita, si scuote e raddoppia il corso. Ed è commune la festa e la gioja che manifestano i bracchi al vedere, che il lor padrone veste quegli

arnesi, che usa portare nelle ore di diporto e di caccia. E non sarebbero mai capaci di educazione, quando esse le bestie non avessero memoria.

C.) Ipsa bruta tandem, prout distinxerunt, et prout recordantur, operationes suas dirigunt.

E' perciò che i cavalli raddoppiano il corso, per sfuggir la frusta che ram:mentano al sibilo del lor padrone. E' perciò che i cani gioiscono al vedere che fanno i lor padroni certi arnesi, che rammentano portarsi dai medesimi nelle ore di diporto. E' perciò che non pochi animali si servono di grida o fischi a maniera di segni, onde communicare altrui le misure che ricercano le circostanze, onde veggonsi attorniati.

Haec igitur commune habent bruta, 1.° ut res externas suis sensibus subjectas distinguant; 2.° ut sensationum suarum recordentur; 3.° ut sese gerant pro sensationum diversitate.

Articulus III.

De Corporum mundanorum Partibus sive Elementis.

Numer. 1.

Quae apud Eruditos sint corporum Elementa.

A.) Hac super re diversae sunt apud doctos sententiae.

Veteres post Aristotelem quatuor dicebant esse corporum elementa, ex quorum di:versa commixtione, diversa corpora exsurgerent: atque haec elementa erant terra et aqua, aer et ignis.

Sed haec opinio postremis cessit temporibus: nam elementorum numerus mi:rifice crevit, et ad quinquaginta et octo eundem ascendere faciunt studiosi homines, atque ut tradit concivis noster. = Il tempo potrà disvelarne molte altre specie, il che è assai probabile, e potrà semplificarne il numero = (Ant.° Pari Ricerche analit. sopra la fisica)

B.) Pariter in duas abeunt sententias eruditi circa numerum partium, quae componunt quodcumque corpus hujus mundi.

Alii enim quum arbitrantur, corporum elementa esse composita, potius quam sim:plicia, asserunt divisibilitatem corporum ad infinitum usque.

Alii e contra cum arbitrentur, elementa corporum esse inextensa, sive sim:plicia, potiusquam extensa et composita, asserunt partes cujuscumque corporis esse nu:mero finitas; ac proinde tantummodo finitam tuentur corporum divisibilitatem

C.) Nos vero hac de re ne omnino jejuni videamur, en quod opinamur.

Dicimus in primis in corporum elementis tria esse distinguenda, nempe partes, dispositiones partium, ac earundem partium dispositarum vim activam. Corpora enim cum sint composita, partes habeant necesse est: quae partes nunquam poterunt confundi cum sua dispositione, sive structura. Vis autem activa sive principium actuosum, quod corporibus tribuimus, nemini displicebit, statim ac consideraverit quodcumque corpus tendere in centrum: atque in alia projectum aliquam vim exerere: ubi enim actio, ibidem et oportet aliqua vis agendi.

Numerum vero partium corporis cujuscumque finitum arbitramur, dicendo cum Leibnitio, elementa esse simplicia, ne in quovis corpore finito infinitas cogamur admittere partes.

Numer. 2

Unumne dicendum Principium actuosum in corporibus, an multiplex?

A.) Lenoris noster supra laudatus duas in corporibus dicit esse vires agendi, vim nempe repellendi, et vim attrahendi.

Illam fortiorem in moleculis componentibus et separatis, hanc fortiorem supponit in moleculis compositis atque unitis. A principio repulsionis omnem separationem, diminutionem et mortem vult ipse derivare: a principio attractionis e contra omne corpus coeleste et sublunare, omnemque motum ac vitam asserit effluere.

B.) Flemming e contra pluries a nobis laudatus plura adhuc vult esse principia activa, sive vires agendi.

Ipse enim observat, multa in ortu, et evolutione plantarum et brutorum fieri, ad quae explicanda praedictae leges repulsionis, et attractionis nullo modo sufficiunt: proindeque concludit: = Siam dunque condotti ad ammettere, che vi siano tante differenti sorte di Principj vitali, quante vi hanno in natura specie diverse = (In opere supra laudato.)

C.) Quibus propositis en quod hac super re nos ipsi arbitramur.

Dicimus in primis unam eamdemque vim diversimode operari pro diversitate instrumentorum, quibus operando utitur: sic eadem manus diversa infligit vulnera pro diversitate armorum, quibus vulnerando utitur.

Dicimus secundo opinionem Flemming magis nobis arridere, quam concivis nostri.

Numerus 3.

Quid de anima brutina? Bruta erant ne animata?

1.) Hac super re non conveniunt Philosophi: sed in duas abierunt sententias prorsus sibi contrarias.

Aliqui enim tum veteres tum recentiores, negantes Bruta esse animata, eadem Bruta nihil aliud esse dicunt quam totidem Machinas, quam mera Authomata; quemadmodum sunt horologia, quæ præter partes ac vim activam partibus ipsis inhærentem, atque partium ipsarum structuram sive dispositionem, nullius indigent ad motus suos regulares eficiendos. Inter hujus opinionis fautores est ipse Concivis noster superius laudatus, qui de membris brutorum verba faciens tradit = Potersi paragonare le mandibole armate di denti alle forbici, il ventricolo ad una bottiglia le arterie e le vene a tubi idraulici, il cuore ad un pestello di macchina draulica, il torace ad un mantice i muscoli alle leve e simili =; quique verba faciens de brutis ipsis tradit nihil aliud esse = Che tante combinazioni di attività molecolari = (ibid. Sez. 3. p. 5. cap. 68.). Animam vero brutinam dicere audet: = Un mero fantasma, un' ombra vana, gettata sui corpi da fantastiche menti ingegnose =; et opinionem ibi contrariam = l' ingannevole chimerica visione = (ibid.).

Contrariam autem sententiam tuentur plerique ex Philosophis, tradentes singulis Brutis, præter corpus quoddam principium vitale, sive animam, quæ omnis dirigat, eoque utatur, sive ad distinguendum sive ad memorandum, sive ad operandum, immo inter hujus opinionis fautores sunt aliqui qui Brutis animam concedunt ejusdem speciei ac est humana: quod si in operationibus suis Bruta tam inferiora sunt hominibus id repetere volunt duntaxat ex diversitate machinationis, sive structuræ partium. Tales sunt Melchior Gioja, et Major Weiss. Quinimmo horum secundus sic loquitur: = Il nostro orgoglio ha stabilito un' immensa linea di separazione fra il Bruto e l' Uomo mentre il fisico osservatore trova molta difficoltà nel determinare ove finisca la specie umana =; et de contrariæ sententiæ fautoribus loquens, adjungit = Varii filosofi tanto antichi che moderni facendo del Bruto una semplice Macchina provarono soltanto che possono talvolta gli stessi grandi uomini divenir Macchine = (Weiss Princip. filos. Pol. e Mor. Vol. 1. Digress. sui Bruti.)

2.) Omnissis autem hac de re digladiantibus Philosophis nos ipsi ne sub silentio opinionem nostram seu difficultatis timore penitus occultare videamur, eam ut notam aperiemus

Quod igitur cogitamus nos quoad sententiam illorum, qui animam Brutis denegant, hoc est. Quum hac in sententia Bruta dicantur esse Authomata, nos potius dicimus, non jam Bruta ipsa esse de facto Authomata, sed esse posse.

Atque hoc ex eo affirmamus quod vel ipsi homines nonnullas identidem construxerunt machinas, quæ varias belluarum et hominum operationes imitabantur, quod utique sine fine de Deo affirmare debemus. Hinc merito tradebat Jacobus Abbadia: = Io non so se vi abbia un uomo così ardito nel Mondo, il quale osi dire che Iddio con tutta la sua infinita Sapienza non potrebbe formare se Ei lo volesse un Automato, che senza avere la menoma cognizione imitasse le cose di forza conoscitiva dotate. Come mai ardirebbesi ciò negare relativamente a Dio, dachè pur si vede, che ciò non è pressochè superiore alla portata degli uomini = (Jacopo Abbadie L'arte di conoscere se stesso.)

c.) . . Quod vero cogitamus de sententia contraria quæ Brutis animam concedit hoc est. – In hac sententia Bruta dicuntur de facto animata: nos concedimus hujus rei possibilitatem, non autem de facto talia esse demonstramus, vel tantummodo probabilem dicimus esse eorum opinionem.

Posito enim quod Deus potest talia construere Authomata, quæ omnes brutorum operationes imitari valerent, quis unquam certiores nos reddere potest, talia de facto non esse, quæ nos circumdant Bruta? Quocirca vel ipse Abbadie sic concludebat: = E se pur si convenga che la Sapienza Divina potrebbe farlo, come si può soggiungere che Dio non l'ha fatto? (ib.) – Juxta nos igitur si prima sententia non est absurda, ne altera quidem dici potest certa. Hæc de anima Brutorum dixisse sufficiat: de cetero unusquisque abundet in sensu suo.

Caput II.^um

De Homine;
sive
Antropologia.

Articul. I.
De Homine quoad entia mundum constituentia generatim spectato.

A.) Hucusque aliqua diximus de corporibus, quæ in cœlo sunt et in terra, quæque mundum hunc adspectabilem constituunt: nunc vero, prout instituti nostri ratio exigit, de nobis ipsis aliqua dicturi aggredimur. etiam, ut Tullius ipse aiebat: = Cum aspicere cœpimus quid simus: tunc ea insegni incipiemus ad quæ nati sumus = (De finib. lib. 2.)

Quid igitur sumus nos respectu eorum quæ hucusque obiter consideravimus? Quid est homo quoad ea corpora mundum hunc constituentia? Quid de eadem dicendum sub tali respectu generatim spectato? Quid ipse sit sub hoc respectu jam superius indicavimus verba adhibentes Blasii Pascal: hoc solum de ipso homine quoad corpora cœlestia spectato alicujus eruditi verba adhibentes adjungimus — Il Cielo è il paese dei grandi avvenimenti, ma appena l'occhio umano può concepirli: un astro che perisce e che cagiona la catastrofe di un mondo, o di un sistema di mondi, non fa altro effetto agli occhi nostri, che quello d'un fuoco fatuo, che brilla e muore: l'uomo limitato all'atomo della terra sopra di cui vegeta vede questo atomo come fosse un mondo, e non vede i mondi che come atomi = (Manuale di Stor. natur. estratto dalla grand'opera del Conte De Buffon proseguita da altri chiariss. Scrittori)

Admodum parva res etiam homo iste apparet ubi spectetur quoad corpora, quæ conjunctim sumpta vel regnum animale, vel vegetale et minerale constituunt. Si e contra quoad singula corpora terrestria singillatim spectetur summa admiratione est [illegible] Cum etiamsi tam parva res primo sub aspectu appareat, secundo tamen [illegible] [illegible] rex terræ [illegible] [illegible]. Et re quidem vera, ut præclari viri utamur verbis: = Il padrone egli è de' corpi inanimati, i quali alla volontà di lui non possono opporre altro che una rozza resistenza, o una inflessibile durezza, cui per altro la sua mano sa mai sempre vincere obbligando gli uni ad agire contro gli altri: padrone egli è di vegetabili: ... può con la sua in[illegible] accrescere, diminuire, [illegible]

novellare, maturare, distruggere o moltiplicare in infinito: padrone egli è degli animali, poichè non solamente ha come essi moto e sentimento, ma è innoltre fornito di una luce penetratrice onde conoscere i fini e i mezzi, onde concertare dirigere le sue operazioni, e vincere la forza con lo spirito =

= Ei determina l'ordine fra i viventi, la subordinazione e l'armonia; egli abbellisce la natura stessa; egli la coltiva, la estende e la pulisce, ne dirama il cardo, ed il rovo; vi moltiplica l'uva e la rosa: re della terra la nobilita, la popola, l'arricchisce = (ibid.)

O.) Regnum attamen hujusmodi quod de homine prædicavimus plurimis est circumscriptum limitibus: rex utique est homo hujus telluris, dependens tamen ac proinde limitatus.

Nam ut iterum verba præclarissimi viri adhibeamus: = Sul prodotto della creazione l'uomo non può niente, niente sui movimenti de' corpi celesti, nè sulle rivoluzioni del globo terrestre, niente sugli animali, sui vegetabili e minerali presi in generale; niente sopra le specie; la sua forza e autorità si estende soltanto sugl'individui =

— Tutto si avanza, si segue, si succede, si rinnovella e muove mercè una virtù, cui non si può resistere: strascinato anch'egli l'uomo dal torrente del tempo, legato pel corpo alla materia, gli è forza subir la legge commune, abbidire alla medesima potenza, al par d'ogn altra cosa anch'egli nasce cresce finisce — (ibid.).

Talis est homo generatim spectatus; quoad eas quæ mundum hunc constituunt.

Articulus II.

De hominis proprietatibus.

Num. 1

De præcipuis quibus humanum corpus gaudet proprietatibus

A.) Quid homo appareat cum hujus mundi corporibus comparatus, breviter superius vidimus: videndum modo quæ sint præcipuæ sui corporis proprietates, attamen ut quidam de se profitebatur, = Senza pretendere di farvi nè anatomici, nè fisiologi unico mio scopo essendo il porgervi solo que' lumi senza cui stolta cosa sarebbe il pretendere di conoscer l'uomo quale egli è, senza cui non può darsi Antropologia = (Catt' Ant. Pezzi [illegible] cap. 2. §. 5.)

Dicimus igitur in primo, proprietates quibus corpus humanum gaudet, plures omnino esse ac diversas.

Corpus enim nostrum ex partibus constat fluidis et solidis: quod si partes fluidæ suas habent proprietates, ut est in confesso apud omnes eruditos, pariter partes solidæ suis gaudent proprietatibus. Ut enim praefati viri adhibeamus verba: = I solidi hanno attitudini differenti e sono di varie forze dotati: le ossa si distinguono per la durezza le cartilagini per la elasticità, i ligamenti per la flessibilità, i muscoli per la irritabilità, le membrane per la contrattilità, e turgescenza, ed i nervi per la sensibilità = (id. ib.).

Nunnimmo majori observatione digni sunt tum musculi, cum nervi propter eam qua gaudent proprietate. Propter suam enim capacitatem musculi inserviunt ad motus quoscumque producendos. Nervi vero qui per omnes corporis partes sunt diffusi, quique in calvaria uniuntur, sunt veluti totidem interpretes ac nuncii rerum, ut Tullius loquebatur. Impressionem enim, quam ab objectis externis patiuntur, transmittunt ad cerebrum usque, quod proinde commune sensorium appellatur. — Et nervi optici ii dicuntur, qui a cerebro perveniunt ad oculos; et inserviunt visioni: acustici qui ad aures pertingunt, et auditus organum constituunt; olfactorii, qui ad nares protenduntur, et odoratui deserviunt: gustatorii qui ad linguam et palatum diriguntur, et gustui obsequuntur; tactiles, qui per totam cutem excurrunt, et tactus sensui sese præbent. — Patet igitur pluribus, ac quidem diversis corpus humanum gaudere proprietatibus

3.) Proprietates insuper corporis nostri connexas esse dicimus ac dependentes.

Et primo quidem quam maximam notamus dependentiam quam corporis nostri partes habent a corporibus hujus mundi, a qualitate enim, ut aliquid dicamus, ipsorum alimentorum non parum conditio proprietatum corporis nostri partium dependent. Quod omnes eruditos ajebat Hufeland, manifestum est = Che tutti gli uomini che tutti gli animali, che si nutriscono con molta carne sono più impetuosi, appassionati, e crudeli; ed al contrario quelli che si alimentano di cibi vegetabili sono più mansueti, ed umani = (Hufeland. L'arte di prolung. la vita umana lo. 2. cap. 2. n 3 pag. 111.) = Le nazioni impinguate dai prodotti di un terreno ubertoso sono più pesanti e sonnacchiose di quelle ... si prevalgono delle produzioni di un suolo asciutto, e di stimolante pesce marino = (... ... leggi ... ... cap. 8 § 33)

Eadem dependentia secundo loco inter fluidas ac solidas partes ipsius corporis nostri est manifesta: partes enim fluidæ si partes solidas enutriunt ac fovent, ab ipsis partibus solidis habent ut elaborentur, atque hue illuc transmittantur

Quinimmo musculi in tantum inserviunt motui, in quantum ossibus ipsis inituntur; atque intantum nervi impressiones corporum externorum ad cerebrum usque trasferunt, in quantum variis motibus approximantur iisdem objectis.

Nedum igitur plures ac diversæ sunt proprietates corporis nostri, sed etiam quamdam habent connexionem et dependentiam

C.) Corporis nostri proprietates dicimus tandem immutari, ac prorsus variantes esse. — Variant in primis ratione plagarum (climi), sive locorum quæ homines incolunt. = Scorrendo la Storia Umana, dicit itaque Autor superius laudatus, troverete nervi troppo resistenti nei climi gelati, troppo mobili nei climi focosi = (Peppi ibid. §. 56). — Variant secundo proprietates corporis humani ratione sexus ad quem pertinent; sexus enim fœmineus inferior sexu nostro circa proprietates ad ossa et muscula spectantes, sexum nostrum exsuperant quoad nervorum sensibilitatem. Variant insuper corporis proprietates ratione ætatis; juvenes enim viris sensibiliores, vigoriores sunt iisdem quoad proprietate ossa et musculos respicientes. = La suscettibilità d'irritazione, tradebat Hufeland, va sempre nella vita dell uomo in una decrescente proporzione; nel primo periodo di vita ella è sempre più violenta, e poi scema di anno in anno finchè cessa interamente = (ibid. ut sup.).

Res igitur est nobis manifesta, proprietates quibus corpus humanum gaudet esse diversas, connexas et variantes.

Numer. 2.

De præcipuis hominum actionibus cum bellvarum actionibus comparatis

A.) Quam maxime juvat temporibus nostris quibus ab aliquibus Philosophis de belluis fit mentio cum ingenti hominum simplicium detrimento, aliquam comparationem instituere inter actiones belluinas et humanas, animadvertendum tamen est, quod celeberrimus De Buffon ajebat: = Per giudicare dell'uno e dell'altro bisognerebbe conoscere le qualità interne degli animali, in quella guisa, che noi conosciamo le nostre: e siccome non è possibile che noi abbiamo mai cognizione di ciò che passa nell'interno degli animali, perciò non possiamo giudicare che dagli effetti, paragonando il risultato delle operazioni dell'uno, e dell'altro = (Man. di Stor. Natur.)

Belluæ igitur, ut superius vidimus, externa objecta quæ nos feriant sensus distinguunt, sed in distinguendo longe admodum belluis præstant homines. Præstant in primis ratione objectorum quæ distinguunt. Nam præter objecta externa nos

sensibus præsentia, cognoscunt etiam homines objecta ab ipsis dissita, sive ratione temporis, sive ratione loci: sic Aquilejam nostram olim extitisse, sic Romam existentem novimus, quæ profecto objecta sunt sensibilia. Cognoscunt secundo loco homines præ belluis objecta spiritualia, quæ sub sensibus non cadunt, sic etiam simplicia, sic D. Op. M., sic virtutes et vitia, sic vitam futuram novimus. Cognoscunt homines tertio loco, non belluis cognitiones suas ac seipsos cognoscentes. habemus enim, ut ajebat Aquinas, intellectum seipsum intelligentem. Hinc enim fit ut nos aliqua fecisse pœniteat: hinc proveniunt remorsus, hinc laetitiæ. — Cognoscunt secundo loco homines belluis in distinguendo ratione modi quo distinguunt. Cum enim belluæ ex iis quæ singulæ experiuntur propriis sensibus, objecta distinguant, sic etiam homines e contra aliorum experientia erudiuntur. hinc enim tot et tantæ habentur scholæ; hinc tot et tanti historici; hinc tot et tanti testes. Cumque belluæ sensibus utantur quales a natura habuerunt, homines e contra pluribus modis sensus suos acuunt, et roborant, sive studio et diligentia habitum sibi comparando, sive instrumenta artefacta adhibendo.

B.) Belluas vidimus secundo loco superius memorantes: ast homines in memorando belluas ipsas longe admodum superant. — Superant primo ratione rerum quas memoria retinent. Nam præter objecta sensibilia, quæ suis sensibus fuere subjecta, innumera etiam alia objecta memoriæ mandant sive ratione temporis sive ratione loci prorsus dissita. Hinc enim tot historici ac historiæ. — Recordantur secundo loco rerum insensibilium; denique seipsos memorantes memorant. Superant secundo loco [illegible] memorando homines belluis ratione modi quo ipsi recordantur. Cum enim belluæ sponte ac sine propria deliberatione quæ suis sensibus experta sunt recordentur: homines e contra satagunt ac plurimam dant operam, ut memoriam suam excolant ac augeant. Atque ut melius hunc sibi finem propositum obtinere [illegible] signis externis [illegible] inscriptionibus, picturis, aliisque id generis monumentis utuntur ad memoriam suam ampliandam

C.) Prout definiverunt ac recordantur belluæ dicimus easdem etiam operari, sive potentiis sui corporis uti, ast in hoc quam maxime hominum præstantia præ belluis apparet.

Apparet in primis ratione rerum, circa quas suas homo exercet vires. [illegible] enim belluæ circa [illegible] externa objecta suas exerceant vires, vel ut alimenta sibi acquirant, vel ut nidificent, ad conservationem nempe individui vel speciei; homines e contra vires suas exercent circa omnes creaturas. Hinc tot artes, hinc tot ac tantæ instructiones ut nihil amplius appareat, ut ita dicamus, in rerum natura hominis intentatum. Secundo loco homines vires suas exer

cent in suis ipsis potentiis tum intellectum determinandum ad intelligendum hac vel illa super re, tum memoriam ad memorandum has præ illis rebus, tum alios homines edocendo per sermocinationem, eosque regendo per statuta ac vim coactivam

Sed quam maxima hominis præstantia præ belluis apparet ratione modi quo ipsæ operantur. Quum enim belluæ instinctu, sive legum naturalium impulsu agant; homines e contra propria mentis deliberatione sese determinant ad agendum, verum dominium habentes suorum actuum vere liberi. = Si obbietta, ait De Voltaire, che l'assenso del nostro spirito è sempre necessario; e che la volontà segue sempre questo assenso, io rispondo, che in effetto si desidera necessariamente: ma i miei desiderii e la volontà sono due cose differentissime, poichè un uomo vuole e fa spesse volte quello che non desidera. Combattere i suoi desiderii è il più bello effetto della sua libertà, ed io credo, che una delle sorgenti dell'ignoranza degli uomini in questa materia venga da ciò, che si confonde volontà, e desiderio = (Lett. al Re di Pruss.). Quibus perpensis sic concludere licet cum præclaro De Buffon: = E non esaminando che le differenze anche più generali si accorderà, che il più stupido tra gli uomini è bastevole per condurre il più spiritoso fra gli animali, e gli comanda, e lo fa servire a suoi usi per superiorità di natura, piuttosto che per destrezza o forza = (ib. ut sup. ~~cit.~~)

Num. 3.
De Hominis facultatibus.

A) Philosophi omnes consentiunt in dicendo hominem insignitum capacitate passiva et activa tamen differunt in indicando eas et quænam sint facultates activæ, quæ nempe veniunt sub nomine capacitatis activæ. Baconus v.gr. de Verulamio octo facultates activas hominis esse dicebat: Cartesius vero quatuor: Mallebranchius, Hobbesius et alii duas tantummodo hujusmodi facultates esse prædicabant.

B.) Nos vero omnino duplicem hominis capacitatem, passivam nempe et activam, bifariam dividimus in potentiam nempe physicam sive corpoream; in potentiam moralem sive sensualem; et in potentiam intellectualem sive mentalem.

Homo enim corpore operatur, voluntate concupiscit, mente credit, et

videt

Propius autem loquentes de capacitate activa, tres esse dicimus hominis facultates, D. Augustinum secuti.

Prima, qua cognoscimus res sensibiles, res spirituales ac nosmetipsos, quam dicimus intellectum.

Secunda, qua memoramus res præteritas sensibiles, spirituales ac nos ipsos memorantes, quam dicimus memoriam.

Tertia, qua vires nostras exerimus super ea, quæ sensus nostros attingunt, super cognitiones, ac potentias nostras, ac quidem libere, quam dicimus voluntatem.

Articulus III

De Hominis Anima.

Num. 1.

Utrum intelligere, velle et operari sint solius corporis humani modificationes, sive effectus.

(a.) Intelligere, velle et operari, quæ in homine cognovimus, non sunt ejus corporis duntaxat modificationes, sive accidentia, aut effectus. Materialistæ utique sic arbitrantur, ac maximam dant operam ut suam tueantur sententiam. Dicunt enim nisi ut totidem corporis modificationes esse habendas [illegible] hominis [illegible]ationes, primo quia agente corpore ipsæmet eveniunt, secundo, quia, varianti corpore, et ipsæmet variantur; tertio, quia pereunti corpore ipsæmet quoque deficiant.

[illegible] habent [illegible] in justitiâ causæ, quam defendunt, ut sententiam nostram diris veluti devoveant: = La Psicologia, aiunt, non è che il puro effetto della sfrenata licenza di pretesi filosofi; i quali invece di ragionare, non la fanno che da Romanzieri = (Dizion. [illegible] delle scienze mediche. Prima Traduz. Venezia 1829. da Antonelli. Art. Intelletto n. 1.).

(b.) At falluntur; non enim hominis operationes respondent, nec proportionem habent cum corpore, quod esse deberet, si vera esset Materialistarum sententia. Si enim intelligere, velle et operari totidem modificationes, sive effectus solius corporis essent, tunc quo melior esset conditio sive præparationis partium corporis, sive præcipuarum earum partium, sive structuræ, eo melius intelligere, velle et operari deberent homines!

Non respondent in primis operationes hominis digestioni ciborum, circulationi sanguinis, aliisque id generis. Nam ut quidam Auctor advertit: = Vi ha individui, nei quali le funzioni automatiche sono in ottimo stato, v. gr. digestion pronta e perfetta, corpo grosso, grasso e colorito, e sano dappertutto, e tuttavia sono i medesimi idioti, ossia in uno stato, in cui è nullo l'esercizio delle facoltà intellettuali = (Gioja Ideologia Parte IV. cap. 3. §. 3.). E contra non pauci infirmi, ut quidam auctor pariter advertit, = Nei quali l'ostruzione dei visceri impedendo la nutrizione e l'accrescimento, dimostrano tuttavia una penetrazione di spirito, una elevazione di idee, che non avevano dapprima = (Virey).

Non respondent secundo hoc hominis intellectiones et volitiones vel proprietati, qua pollent musculi, vel proprietati qua prediti sunt nervi. Nam quis est qui nesciat permultos esse generis humani individuos vi quasi herculea preditos, et tamen in intelligendo et ratiocinando inferiores esse aliis homunculis, vel nullo robore, vel valde infirmo donatis? Insuper quotidiana experientia patet mulierculas sensibilitate nervorum longe admodum superare sexum virilem; quinimmo juvenes utriusque sexus majori sensibilitate gaudent, quam adulti et senes. Nihilominus sexus femmineus inferior est virili in intelligendo. Quod pariter videre est in juvenibus cum adultis et viris comparatis. Verbo hominis operationes proportionem non habent cum corporis structura, sive organizatione. Non raro speciosi homines fere stulti inveniuntur ac animo vili: cum e contra e numero minus speciosi, ac aliquando deformes acumine ac animo aliis prestant. Unde quidam Auctor hanc illustrat veritatem belluis ipsis recurrens = L'Ourang-Outang per organismo somiglia all'uomo; e tuttavia in prudenza e gratitudine è infinitamente al di sotto dell'Elefante, il quale ha forme così diverse dalle umane. Il lupo, la tigre, la pecora, il lepre, il castoro hanno visceri per organizzazione identici; e tuttavia le loro inclinazioni, ed abilità sono differenti ed anche contradditorie = (il Gioja ibid).

Vel igitur nulla proportio haberi debet inter causas, eorumque effectus, quod absurdum est dicere: vel adversarii falluntur, hypotesim defendentes, in qua inter causas et effectus non apparet proportio.

(c) Nec minime obstat quod superius recensuimus, veluti basis et fundamentum sententiæ, quam tuentur.

Ex eo enim quod homines per corpus, sive corpore ipso concurrente intelligant, velint ac operentur; minime concludi potest solius corporis idcirco intellectiones, volitiones ac operationes esse effectus. Pictor enim, sive Musicus nonnisi

per instrumentum, sive concurrenti aliquo instrumento artem suam exercent: nec tamen vel solius pennicilli picturas, vel solius Cytharæ sonos aliquis affirmabit effectus.

Nec obstat nobis, quod varianti corpore ipsomet hominis operationes differenter eveniant. = Tale che il più industrioso Artefice, merito quidam tradit, debba appoggettarsi ad una certa machina, cosichè egli non possa operare senza di essa. Guastandosi la machina l'Artefice non può più dare le stesse prove d'industria: o se il giuoco della macchina si arresta, l'Artefice si arresta egualmente...... Nella stessa maniera egli è facile concepire dell'anima unita al corpo quasi ad istrumento = Nec opero ut diceamus supra, non semper vis animæ infirmatur cum corpore infirmo

Nec magis Adversariis juvat, quod pereunte corpore, ultra hominis operationes non apparent: pereunti enim pennicillo nec picturæ amplius apparent... Nec propterea aliquis somniabit solius pennicilli esse effectus picturas.

Non igitur, ut Materialistæ arbitrantur, solius corporis effectus sunt hominis operationes.

Numer. 2.

Utrum hominis Anima sit quædam substantia simplex ab ejus corpore distincta, et diversa.

A.) Illud quod in homine intelligit, vult et operatur, quodque communiter dicitur Anima est aliquid ab ejus corpore prorsus diversum, est nempe Ens simplex, et Spirituale

Hæc nostra propositio displicet utique Materialistis, ac omnem in sensum se vertunt, ut, si fieri posset, vel ipsam spiritus ideam prorsus tollerent.

Dicunt enim in primis Animam non posse esse Simplicem, ideo quia in operando diversificatur: = A norma dell'età, del sesso, dello stato di veglia, o di sonno di sanità o di malattia, e secondo il modo di vivere il clima e le condizioni versatilità incompatibile con la semplicità, che dee formare necessariamente il carattere di sostanza semplice = (Diz. men. art. ibid.).

Objiciunt secundo hominis Animam non posse dici Simplicem, quoniam ut talis nec attingere, nec attingi posset a corpore

Objiciunt tertio hominis Animam dici non posse Simplicem ideo quia ab omnipotentia Dei fieri potest ut ipsa corpora cogitarent, vellent, ac sese moverent

B.) Ast contra ipsos dicimus Animam hominis esse prorsus simplicem, et tri-plici quidem de causa.

Quarum prima est illa, quam sic Voltairius ipse exprimebat: = La produ-zione d'un essere, ajebat, deve aver qualche cosa di simile a ciò che la produce = [illegible] Lucrezio e [illegible]): quamque ipsi veteres indicabant dicentes = Qua-lis effectus, talis causa =

Atqui quando effectus, sive motus corporis sunt divisibiles, effectus Animæ e contra, sive cogitationes sunt indivisibiles. = Il moto, ait Jo. Bap. Ventura, non è un essere immateriale.... il pensiero al contrario è semplice; il moto s'imprime negli oggetti presenti, il pensiero abbraccia il presente, il passato, il futuro: il moto è ristretto a certi limiti, il pensiero si slancia oltre il creato; il moto ha le sue misure, i suoi gradi... più o meno di forza, più o meno di celerità ... chi potrà mai dire, senza divenir ridicolo; il mio pensiero è lungo, è stretto, è largo, è rotondo, è quadrato, ha la tal forma e colore? Il moto è materiale e divisibile: il pensiero è semplice ed indivisibile = (Dici che lo spir. il Cuore. Vol. I. Brescia 1837.) 4

Igitur si corpus quod movetur est divisibile Anima quæ cogitat erit indi-visibilis, vel, ut cum eodem Scriptore loquamur: = Come trovare il semplice nel composto? Esiste forse un effetto dove non vi è causa? Esiste l'essere nel nulla =? ib.).

Secunda vero causa cur Animam dicimus simplicem, estque sequitur. Attributa cum radicem habeant in essentia, ut ostensum est in Logica, si si-milia sunt, similem habent essentiam; si vero diversa sunt ac opposita, diversam pariter, atque oppositam habeant necesse est essentiam. Ast opposita utique sunt attributa corporum illis, quæ sunt Animæ. = I miei sensi, idem Ventura scribit, possono essere incatenati, nessuno può incatenare la mia volontà; La materia mossa è soggetta a certe leggi invariabili; non può cangiar da se stessa la direzione, che le vien data; nessuna legge invece vincola il pensiero; io posso pensare a quel che voglio e sento che variati e riprodotti i miei pensieri non ricevono scosse o urti = (ibid.). D. Thomas autem: = Nullum corpus potest alterius corporis formam substantialem recipere nisi per corruptionem suam; for-mam ammittat (v. gr. di caldo non vien freddo un corpo senza perdere il calore, che aveva) Intellectus autem non corrumpitur, sed magis perficitur per hoc quod recipit formas omnium corporum; perficitur enim intelligendo = (Cont. Gen. lib. II. cap. 49 n° 2 = Nulla igitur, ut concludamus cum eodem Aquinate, nulla igitur substantia in-tellectualis est corpus = (ibid.).

Tertia tandem causa cur Animam dicimus Simplicem, hæc est, quod unitas corporum omnem excludit judicandi possibilitatem: quando e contra omne judicium unitatem requirit essentialem ac prorsus metaphysicam.

Si enim quæ in nobis cogitat Anima una esset per partium collectionem, una esset unitate consequenti, minime essentiali, una esset ad instar corporum, tunc minime judicare posset, quia illud quod ipsa experiretur in una sui parte, non experiretur in alia; et nulla sui pars aliarum partium impressiones haberet = Se una sostanza che pensa, dice Bayle, non fosse una che come un globo è uno, essa non vedrebbe mai un albero intiero, non sentirebbe mai il dolore eccitato da colpo di bastone =.

I. = Ecco un mezzo, onde convincerci di ciò. Considerate la figura delle quattro parti del Mondo su di un globo: voi non vedrete in questo globo cosa alcuna che contenga tutta l'Asia, o anche un fiume intero. .... Nasce da ciò, che se questo globo fosse capace di conoscere le figure di cui è stato adornato, non conterebbe egli cosa alcuna, la quale potesse dire: Io conosco tutta l'Europa, tutta la Francia = (Dizion. Art. Leucippo). Sic quævis unitas corporea, sic quodvis totum physicum excludit omnem judicandi possibilitatem.

E contra cum judicium exigat comparationem, cumque comparatio duarum saltem rerum præsentiam supponat in eo qui judicat, consequens est, omne judicium necessario supponere in eo qui judicat unitatem metaphysicam. = Altramente, juxta aut Zantedeschi, altramente come si farebbe l'unione di questi pensieri senza un punto di unione? Ove s' incontrerebbero i diversi raggi del sapere senza il centro che li riunisca? = (Elem. di Logica e Metaf. Vol. IV.)

Unde cum superius laudato Jo. Bapt. Ventura concludimus: = Se l'essere è composto, non si potranno raccogliere le sensazioni in un sol punto, non si potrà mai essere consapevole di tutte, ravvicinarle, confrontarle, giudicarne. Conviene dunque ammettere quell' Io indivisibile dove tutte vadano a finire quest' Io, dove si effettuano confronti e giudizj = (ibid. ut sup.)

Anima igitur hominis immaterialis est, ac prorsus Simplex.

B.) Nec nisi futilia sunt objecta, superius a Materialistis nobis opposita.

Vallent in primis Animam hominis non esse Simplicem, ideo quia pluribus subjecta est mutationibus quasi simplicitas et mutabilitas sese excluderent ad invicem. Sed immerito nam quodcumque Ens limitatum et imperfectum tum minui, tum augeri infinitis propemodo posse, res est, ut ita dicamus evidens. Unde sequitur simplicitatem et mutabilitatem in eodem subjecto componi posse.

Perperam pariter objiciunt dicendo entia simplicia nec tangere posse, nec tangi a corporibus. Quidquid enim existit, quum aliquo in loco existat, vel locum suum tangit per extensionem, sive circumscriptive; vel illum tangit per virtutem sive definitive. Immo entia simplicia, quum totaliter sint ubicumque sint, sive tangere, sive tangi possunt in comparatione corporum.

Quando tandem veluti Divinę Omnipotentię reverentia acti asserunt ideo non posse dici animam hominis simplicem, quia D. O. M. ipsa corpora intelligendi facultate donare potest, vel hypocritę vel stulti nobis videntur. Nam aliter explicari non potest causa cur ipsi ita sentiant: = Mettere nella Onnipotenza di Dio delle contraddizioni, ait quidam Author, e delle idee che si distruggono a vicenda, questo è un insultare la Suprema Maestà, estendere delle nuvole sulla fede della sua Onnipotenza = (De Feller. Cat. Filos. To. 1. Seg. 2. cap. I. §. 1. n. 139.).

Nedum igitur Anima est aliquid a corpore distinctum, sed etiam ipsa est simplex, ac Spiritualis

Numer. 3.

Quid igitur est Anima, et ubi ita est in corpore, et quomodo idem regit.

1.) Quibus praemissis quęstioni quoad essentiam Animę, hoc est quod tantum: modo dicere audemus.

Essentia Animę nec corpus est, nec materia; sed illud est quod in nobis cogitat, memorat ac vult; ac proinde quando Animę facultates, ut cum Aquinate loquamur, sunt id quo agens agit; Anima vero est = Principium agens = (Quest. un. de Anima).

2.) Quęstioni autem circa locum, quem in corpore haberi possit Anima, respondemus, hac super re permulta fuisse a Philosophis inventa Systemata, non autem probata.

Quod nobis probabilius videtur hoc est, quod nempe Anima sedem habeat in aliquo calvarię situ, v. gr. = o nel cervello o nel cervelletto, o nella glandula pineale, ubi concurrunt nervi. Nec illorum opinione m absurdam dicimus, qui asserunt Animam mutare posse suam sedem: nec sine admiratione Augustinum memoramus dicentem, quod: = Anima in quocumque corpore, et in toto est tota, et in qualibet ejus parte tota est = (De Trin. lib. 6. cap. 6.).

3.) Ad tertiam autem quęstionem, etiamsi plura sint dicta a Philosophis, respondemus, nostram confitentes ignorantiam.

Plato substantiam mediam, quæ nec simplex, nec composita esset, supposuit, ut commercium, quod Animam inter et corpus intercedit, explicaret. Scholastici influxum physicum hac de causa invexerunt. Cartesius causas occasionales, Leibnitius, harmoniam præstabilitam. At in quocumque eorum systemate impervius semper remanet rationi modus quo vel Anima in corpus, vel corpus in Animam agit. — Dicimus itaque Animam corpus regere certo et tamen inaccepibili modo.

Caput III.

De DEO,
sive
Theologia.

= Tanto major unicuique apparet Deus, quanto sublimiorem creaturarum contemplationem fuerit assecutus =

S. Cyril. Hier. Cat. 9. n. 1.

Articulus I.
De Existentia Dei.

1.) De Mundo et de Homine hactenus disputavimus, nunc de Ente entium, de Causa causarum, de Deo verba faciemus; ac primo de ejus Existentia, secundo de ejus Attributis, tertio de ejus Operibus, sed quam maxima brevitate.

Deum igitur esse apprime dicimus argumento desumpto ex traditione, ac verbis utentes cujusdam Scriptoris aetatis nostrae. = Che gli uomini, ait, conservino la memoria dei fatti, e se la trasmettano non ha bisogno di prove... Ciascuna famiglia ha la sua tradizione per cui sale più o meno alto. Ciascun popolo del pari ha la sua tradizione orale o scritta, per cui risale di età in età, sino al primo Potere, o primo Padre.... L'uman genere finalmente ha pure la sua tradizione, conservata in tutte le famiglie, fra tutti i popoli, per cui rimonta sino al primo Padre, sino a Dio =

= Percorrete la terra da ogni parte; dalle contrade più civilizzate, dalle nazioni più colte passate in fondo ai boschi fra l'orde selvagge; nessun popolo, nessuna famiglia sfugga alle vostre ricerche; entrate nella tenda dell'Arabo nella capanna del Negro, nel casolare del Cafro e del Samojedo, ovunque troverete la credenza di un Primo Essere, Padre di tutti gli Esseri =.

= Domandate a questi uomini gli uni ignoti agli altri donde loro è venuta questa credenza, e vi risponderanno: = i nostri Padri ci hanno detto = = Patres nostri annunciaverunt nobis =. Essi conoscono Dio, come conoscono i loro antenati, per la testimonianza trasmessa =.

= Nessuna tradizione è più universale, più costante, dunque nessun fatto è più certo.... E qual verità può sperarsi che il dubbio rispetti, se invade questa, attraverso il maestoso cerchio di tutte le generazioni e di tutti i secoli, schierati intorno ad essa per difenderla? =

= Volete voi dunque contrastare all'uman genere la sua tradizione? Allora necessariamente contrasterete ad ogni famiglia ad ogni popolo la sua tradizione particolare, meno attestata, e quindi meno certa: cancellerete tutte le storie, negherete tutti i fatti, tutte le testimonianze =!

Quibus perpensis concludit: = Ella è certo una gran prova dell'esistenza di Dio o di ammettere o di rigettare tutti i fatti tradizionali = (L'Ab. De La Mennais. Del Discernim. della vera Rel. To. 1 cap. 2.)

B.) Deum esse dicimus secundo loco, argumento desumpto ab experientia: homines nempe praeterquamquod testificantur esse Deum, illum etiam quodammodo sentiunt, ac experiuntur.

Et revera ubique locorum ac temporum, Historia teste, vir probus sperat a Divinitate; malus autem temet: atque hinc ortum habuere orationes et festivitates; hinc remorsus et poenitentiae. Ubique locorum et temporum rebus in secundis potiores gratiae Deo redduntur; rebusque in adversis potiores diriguntur supplicationes: ubique locorum Deus habetur, proinde ut Ens entium, ac Causa causarum [illegible] semper canebat

Seu nostros annos, seu tempora prisca revolvas,

Esse omnes sensere Deum — In Carm. de Provid.

Quinimo, ut cujusdam auctoris verba adhibeamus = Questo sentimento universale e costante, che penetrò le boscaglie, salì le montagne, valicò i mari, e signoreggiò i popoli più selvaggi, nasce con l'uomo, lo accompagna in tutte le azioni della vita, e seco lui discende alla tomba = (Prove Filos. e Rel. in dif. del Cristian.mo To. 1. cap. 1.).

Et quid? = L'uomo pio e l'uomo ateo parlano continuamente di religione l'uno parla di ciò che ama; e l'altro di ciò che teme = (Montesquieu. Spir. delle Leggi lib. 25. c. 1.)

[illegible] de causa alter Scriptor asserebat: = L'esistenza di Dio sembra essere nei nostri attuali costumi piuttosto una verità di sentimento, che di dimostrazione = (Maggior [illegible] [illegible]) = Poichè tutto l'impeto delle passioni tutte le lusinghe del libertinaggio, tutte le illusioni d'una falsa filosofia non vagliono a cancellarla dal cuor dell'uomo = (Bellor. Cat. Filos. To. 1. lib. 1. S. 3. n. 10.).

Quid plura? = Noi vogliamo esser felici, e nol possiamo divenire che pel possesso di Dio medesimo. Fuori di Lui non troviamo che inquietudine, noja, disgusto,

una sterile stanchezza dell' anima sfinita dal travaglioso desiderio!... Tutti i secoli ri: suonano di questa massima.... In mezzo al nostro cuore Dio si è preparato quasi un' im: mensa dimora, ove tutto ciò che non è Lui perde é scompare! =

.. Ora se fosse possibile che il genere umano credesse ciò che non è; a più forte ragione ciascun uomo potrebbe essere ingannato da quello che sente.... negare questa prova sul punto ov' è più unanime e un toglierci il diritto di allegarla sopra nes: sun altro = (Ab. De La Mennais Del Discernim. della vera Rel. Cap. 2.).

Deum esse tandem dicimus argumento desumpto ex ratione, praeter enim te: stimonium ac sensum Divinitatis, homines etiam ejusdem necessitatem norunt .... Ac pluribus modis solent Philosophi hac via demonstrare Dei existentiam; quibusdam tamen nos contenti erimus.

Itaque primum ex rerum contingentia eruimus.

Quae Mundum et Genus humanum constituunt, nemine diffitente, entia sunt contingentia: cum enim sint limitata, possunt mutari; cumque possint mutari, non in: trinsecam ac necessariam habent existentiam sed potius extrinsecam atque contingentem .... Unde sic ratiocinamur cum D. Aquinate = In mundo videmus quaedam quae sunt possibilia esse et non esse. Omne autem, quod aequaliter se habet ad duo scilicet esse et non esse, oportet si ei appropriatur esse, quod hoc sit ex aliqua causa (possibilia enim nulla gaudent capacitate); sed in causis non est procedere in infinitum =

= Ergo oportet ponere aliquid primum et hoc est Deus = (Cont. Gen. lib. 1. c. 15. n. 4.)

Idem secundo eruimus ex motu iterum cum eodem Divo argumentantes: certum est enim aliqua in rerum natura moveri. = Omne autem quod movetur, ab alio mo: vetur, nihil enim movetur nisi secundum quod est in potentia ad illud quod mo: vetur aliquid autem movet secundum quod est actu itaque possibile est ut idem sit si: mul in potentia et in actu secundum idem, sed solum secundum diversa; omne ergo quod movetur, oportet ab alio moveri =.

.. = Si ergo movetur id a quo movetur, oportet et ipsum ab alio moveri, et illud ab alio. Non est autem procedere in infinitum = (cum non sit infinita pertransire. D. Tho. lib. III. cont. Gent. cap. 2 in. 2.) = Summa nihilorum utcumque infinitorum nihil est = (Bo: sovich.)

= Necesse est igitur devenire ad aliquod primum movens, quod a nullo moveatur, et hoc intelligunt omnes Deum = (1. sup. q. art. 3.)

Hac de re ipsum Rousseauum nobis placet audire dicentem: = Le prime cau: se del moto non sono già nella materia; essa lo riceve e lo comunica, ma nol produce. Più io osservo l'azione e reazione delle opere della natura, le quali agiscono le une so: pra le altre più trovo che di effetti in effetti è di uopo risalir sempre a qualche

volontà, che ne sia causa primiera, poichè suppone un progresso di cause all'infinito, e' un non supporne alcuna = (Emil. lib. 4)

Deum existere dicimus tertio ex connexione, sive ordine ratiocinantes, quem superius notavimus in rerum natura

Sarebbe un abusare della propria intelligenza, ajebat Cicero, l' attribuire al caso ciò che fu fatto con tant' ordine =

= Mirate, inquit La Bruyere, questo tratto di terreno più pulito, e più adorno degli altri che lo circondano: qui ci sono compartimenti sparsi d'acque stagnanti; e d' acque che zampillano; là interminabili viali d' alberi, che cuoprono dai venti del Nord; da questa parte un folto bosco, che difende dai raggi del sole; d' altra parte lunghi e freschi viali; che perdendosi nella campagna annunziano l' abitazion del padrone =

= Esclamerete voi forse: che bel giuoco della sorte! Quante belle cose si sono insieme accidentalmente incontrate! No senza dubbio. Direte invece questa cosa è bene immaginata; qui regna il buon gusto = .

= Or se queste prove d' intelligenza e di gusto respingono ogni idea di caso nelle opere degli uomini, non la respingeranno in mezzo alle meraviglie dell' universo? = (Ubi Carattere, cap. 8)

Athei, qui hanc veritatem omnimodis oppugnare conantur, quum ad explicandum ordinem creaturarum, aliquas causas in medium proferant vel inviti aliquam primam causam fatentur

Concludimus sic cum Auctore pluries a nobis laudato concludimus: = Non vi ragiona che partendo da un principio.... In nessun tempo, in nessun paese l' umana ragione ha variato sull' importante questione dell' esistenza di un primo Essere. I più forti argomenti hanno costantemente prodotto la medesima influenza negli spiriti. Nessuna prova ricevette mai sanzione sì universale. Se questa prova adunque non fosse che un sofisma; se per sì tanti secoli il genere umano avesse potuto essere illuso dalla sua ragione, che sarebbe della ragione di ciascun individuo? = (De La Mennais ibid.)

Quam maxime igitur existentia Dei apparet sive ex Traditione, sive ab Experientia, sive Ratione nobis argumentantibus.

= Chi segue le traccie della vera Filosofia, ammette i principj di certezza, di cui gli è garante la ragione dell' intiero genere umano = (Mazz. Ulisse Dom. Ist. Filos. Vol. x Esistenza di Dio.)

† = Non vi ha bisogno di sforzi per credere, ma bensì per non credere = (Janssen Dom. Teol. cap. 29)

= Gli Atei fuori di pericolo fanno i bravi: ma alla menoma sventura cade la maschera; e svanisce l' Eroe = (Rousseau)

Articulus II.

Divina Attributa non sunt omnibus æque nota

1.) Quamvis vero apud omnes nota sit Dei existentia dummodo sint rationis compotes, omnes tamen non consentiunt de Attributis Dei ipsius.

Totius Mundi una vox est, quod Deus sit; totius Mundi autem non una vox est, quid Deus sit.

Ita = Fra i pochi principj, su cui tutti i popoli sono d'accordo fra loro, il primo luogo tiene la esistenza di Dio.... nulla presso gli uomini differisce altrettanto, quanto... gli Attributi, che al Supremo Essere vengono dati. Quanta non è mai la differenza che passa dal Dio de' Cristiani e degli Ebrei, a quello de Patagoni tra i selvaggi stessi i quali habbiano la medesima credenza religiosa quale immensa distanza non intercede Quale fra il Dio di un ignorante Contadino, e quello di un Astronomo moralista! = (Il Mag. Wess. Univ. tit. Vol. 3. Vol. 3.).

3.) Multa proinde hac super re disputari possent: sed nos illis contenti erimus, quæ nobis sufficere possint ad errores evitandos.

Dicimus itaque sequenti ratiocinio, quæ sint Deo præcipue danda Attributa

Experimur videmus entia quæ sive Mundum sive Genus humanum componunt esse contingentia, ideo quia sunt limitata, esse ab alio ideo quia initium habuere. Unde quoniam non datur processus ~~in~~ infinitum, concludendum est illud aliud Ens a quo cætera originem habuere non esse ab alio, sed a se non habuisse initium vel esse sine termino ac prorsus æternum non esse contingens, sed necessarium ac proinde absolutum; non esse limitatum, sed infinitum cujus magnitudinis non est finis. (Psal. 144.)

Quænam ergo de Deo fuerint cognita quæ et quanta insuper prædicari non possent de Deo ipso? Cum enim Deus simplex ac unissimus quod esse possit ac unus tantummodo. = Deos esse multos dicere, merito proinde ajebat S. Athanasius, perinde est ac dicere nullos esse = (Orat. cont. Gent.).

Alter autem hujus ætatis Scriptor admodum opportune tradit: = Essere di somma intelligenza, perchè ogni intelligenza da Lui proviene: di assoluta independenza, perchè nulla esiste, se non per la sua volontà; d'infinita potenza, perchè è assoluto padrone di tutto ciò che ha creato = (Vera princip. 3 cap. 8). Essere per conseguenza in tutte le sue perfezioni infinito

e.) Quod si quid omnes talis ac tantus non apparet D. O. M. duplici ex causa hoc evenire arbitramur

Vel nempe homines se sponte avertunt a consideratione vel quia circa alia sunt occupati (Weiss [illegible])

Ex quo fit ut homines diversimode dispositi de divinis Attributis judicent. Quocirca ut verbis utamur Auctoris superius laudati: = Gli attributi, che gli vengono dati, e le conseguenze, che se ne traggono sono varie, a norma dei gradi delle cognizioni dei popoli, e degl' individui = (Weiss ibid.)

Retinemus attamen, quoniam = lucem inhabitat inaccessibilem = (1. Tim. 6. 16), quoniam est infinitus, necessario sequi, quod nonnisi aliqua possint dici de ejusdem Attributis; quapropter necessario = Nubes et caligo in circuitu ejus = (Psal. 96. v. 2.)

Articulus III.

Quænam sunt præcipua Dei opera.

1) Opera Dei alia sunt immanentia, alia transeuntia. Illa Deum ipsum in se ut in objecto; hæc autem sunt quæ extra Deum terminantur. (Dei[illegible] Theologi [illegible])

Inter actiones Dei transeuntes illam primo referimus, qua Deus hoc Universum cum antea nihil esset, fecit existere, primam nempe Dei actionem dicimus esse Creationem.

[illegible] putavant Deum ex præexistenti materia Mundum efformasse, atque composuisse; sed nullatenus esset nobis Deus infinitus, si tali materia indiguisset ad creandum

Eatenus igitur Deus creavit, quatenus omnia de nihilo eduxit: = Tutto esce da Lui, bene quidam ait, come da sorgente feconda d'ogni realtà la creazione intera co' suoi Soli, e co' suoi Mondi, ciascuno de' quali racchiude in se miriadi d'altri Mondi, non è che l'aureola di quel grand' Essere = (De La Mennais, et seq.).

Inter actiones Dei transeuntes, illam secundo loco referimus, qua Deus facit ut hoc Universum esse perseverat, hoc est Conservationem

[illegible] contingentia [illegible] habent ut [illegible] non esse. Inde fit ut quando existunt, ab alio habent ut existant, et quidem necessario

= Tamdiu igitur sunt, quamdiu Deus ea esse vult [illegible] voluntas est conservatio rerum = (D. Aug. cont. Jul. lib. 3. cap. 65. n. 7.)

Hinc merito Deus dicitur a D. Paulo = Portans omnia verbo virtutis suæ = (Heb. 1. 3), hinc merito illud [illegible] fuit a Philosophis inventum: Conservatio est continua creatio = hinc merito idem Auctor scribit: = Nulla sussiste, se non per volontà di Dio, se non per una partecipazione continua del suo [illegible] = (De La Mennais ibid.)

Inter actiones Dei transeuntes illam tertio loco recensemus qua Deus in cunctis operantibus ac singulis causis secundis operatur, hoc est concursum divinum in causis secundis.

Nam quaevis creatura in tantum operatur, in quantum a Deo ipso conservatur. = Nihil, ajebat Aquinas, nihil est causa essendi, nisi in quantum agit virtute divina = (Cont. Gent. l. 3. cap. 67 n. 1.).

Nec ideo dicatur Deus rebus volitis necessitatem imponere: cum enim voluntas Dei sit efficacissima = Omnia movet secundum eorum conditionem; ita quod ex causis necessariis per motionem divinam sequuntur effectus ex necessitate; ex causis autem contingentibus sequuntur effectus contingentes =

= Quia igitur voluntas est activum principium non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa; sic Deus ipsam movet, quod non ex necessitate ad unum determinat, sed remanet motus ejus contingens, et non necessarius, nisi in iis, ad quae naturaliter movetur = (S. Tho. 1 2. q. 10. ar. 4)

Per opera sua igitur transeuntia Deus creavit omnia, Universum conservat, ac in omnibus operatur.

1 creatio
2 conservatio
3 [illegible]

Quomodo [illegible]
[illegible]

– Il[illegible] [illegible] ingrandisce tanto la scienza(?), quanto il ravvicinare ciò che deve essere a ciò che è; et il raggiungere [illegible] risultati positivi d'una immediata utilità di quelle Idee che lusingano, e seducono in un bel [illegible] [illegible] –

[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] [illegible] Rosco(?)
del sig[illegible] [illegible].

Teleologia

sive

Secunda Philosophiae Pars.

Omnis summa Philosophiae ad beate vivendum refertur; idque unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt. (Cicero de finibus. libro II cap. 26.).

Ubi thesaurus tuus, ibi et cor tuum (Mat. VI. 23.)

Proemium

Numer 1.

Quid et quotuplex Teleologia —

A.) Hucusque per Ontologiam disputavimus de Entibus; de mundo nempe per Cosmologiam, de homine per Antropologiam, de Deo per Theologiam: nunc vero de finibus dicere aggredimur.

Secunda igitur Philosophiae pars est nobis Teleologia, quae juxta vim nominis idem significat, ac disputatio de finibus, de causis nempe finalibus.

B.) Quoniam autem in studio causarum finalium alii procedunt principiis revelationis innixi, alii vero principiis rationis, apparet diversos esse debere hac de re tractatus.

Quin immo cum aliqui in scholis, aliqui autem sibi relicti ex illis principiis deducentes fines cognoscere satagunt, ex hoc etiam pergrandis utique diversitas orta est in finium studio.

C.) Teleologia igitur duplex est, tum ratione principii, tum ratione modi, quo principia ipsa adhibentur.

Ratione principii v. gr. dividitur in Theologicam, et Philosophicam; ratione autem modi dividitur in litterariam, et vulgarem.

Numer. 2.

Quae ejus utilitas, atque praestantia.

1.) Quae autem et quanta sit Teleologiae generatim spectatae utilitas, atque praestantia, quamvis perdifficile sit paucis absolvere verbis, ea tamen dicere aggredimur.

Dicimus itaque in primis Teleologiam maximi esse momenti ex eo quod aliter

actus humanos fieri minime posse. Ut enim aliquis sciat, agat ac humano utique modo, requiritur ut prius intendat illud, quod vere postea obtinere studet: nihil enim volitum, quin ante praecognitum, ut fert proverbium. Atque hoc in sensu illis utebatur verbis Christus Jesus = Lucerna corporis tui est oculus tuus = (Luc. XI. 34.)

= Non bene curritur, ideo dicebat vel ipse Augustinus, si quo currendum est nesciatur = (De perfect. justit.) = È impossibile fare un passo con saviezza e con giudizio, ajebat etiam Paschal, ove non si miri a quel punto che è per noi l'ultima meta = (Pensieri)

3.) Ex Teleologia secundo loco dependet, quod ipsi actus humani hoc vel illo modo fiant.

Ut enim tradebat Aquinas: = Aliter medicus operatur ad aegritudinem pellendam, et aliter ad sanitatem tuendam = (Contra gent. L. 3 c. 42 n. 11). Sic pro diversitate finis cui intendere debet aliquod aedificium construendum, diversum omnino atque diversum creare debet typum (disegno) omnis architectus, qui compos sit mentis.

Cujus rei veritatem procul dubio illis suis verbis discipulos suos edocuit Christus: = Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit = (Mat. VI. 22.). Unde merito dicebat Aquinas: = Finis est ratio volendi ea quae sunt ad finem = (1. 2. q. 10. art. 2.): et alibi: = Morales actus recipiunt speciem secundum id, quod intenditur = (2. 2. quaest. 10 art. 2.)

Qua de re ac Tullius inter plurima quae scripsit, illa quae sequuntur memoratu digna etiam scripsit: = Summo enim bono (ultimo fine) constituto in Philosophia, constituta sunt omnia: nam summum bonum si ignoretur, vivendi rationem ignorare necesse est; ex quo tantus error consequitur, ut quem in portum se recipiant scire non possint. Cognitis autem rerum finibus, cognita vitae via est et conformatione omnium officiorum = (De finib. lib. 5 c. 6)

) Tanta igitur est Teleologiae generatim spectatae utilitas atque praestantia, ut ex eadem omnino fiat ut homines humano modo agere possint, ac illo potius quam alio modo. Ut vero [illegible] tanta est ejusdem utilitas atque praestantia, ut qui ab aliis in eadem dissentit = de tota philosophiae ratione ab aliis dissentire debeat = (Cicero ibid.).

Si vero sermo sit de Teleologia in specie, evidens est Theologicam praecedere Philosophicam, quoniam doctrinae innititur veracitati quae infinita est; dum e contra ratio humana multis obnoxia est erroribus: evidens pariter est Litterariam Teleologiam praecellere Vulgarem.

Num. 3
Quod objectum habeat et partes.

A.) Patet igitur ex dictis objectum materiale hujus disciplinae esse fines rerum; objectum vero formale esse eorundem finium cognitionem.

B.) Cum vero in finium cognitionem per tres veluti gradus sit nobis perveniendum, in tres ideo partes hanc dividimus disciplinam.

C) In quarum prima de finium existentia disputabimus; in secunda de finium natura, sive qualitate; in tertia vero de finium adeptione

---

~ Caput Primum ~

De finium Existentia

Articulus I

Historia errorum in finium Existentiam

Num. 1.

Quæ sectæ Philosophorum finium Existentiam sint adversatæ?

A) Tres fuerunt Philosophorum sectæ fines existere denegantes

Inter quas illa Materialistarum eminet, quæ omnia evenisse contendebat ex concursu athomorum concursu: quæ quemadmodum nullam admittebat hujus mundi causam efficientem, ita nullum patiebatur finem. Unde Lucretius hujus sectæ propugnator acerrimus affirmabat oculos non esse conditos ut videant, aures ut audiant, et pedes ut ambulent, sed postea non hæc evenisse = (Lib. IV. de rer. natura).

B) Finium existentiam illa etiam denegavit secta Philosophorum, quæ licet Deum admitteret, omnia tamen fato agi putabat Deum ipsum inviscans otiosum, creaturarum suarum incurium, ac suis deliciis indulgentem: ex quorum utique sententia affirmabant Job. = Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, et circa cardines Cœli ambulat = (Job. 22.).

C) Quibus sectis vel ipsi suffragantur Philosophi, qui totam sensibus corporis discendi ac docendi rationem ducendam esse putant; cum fines rerum sub sensibus non cadant

Bergierius ipse sic de illis sentiebat: dicebat enim: = La sublime teoria che tutto riferisce alle sensazioni, non è stata immaginata che per aprire la strada al Materialismo = (Trat. Stor. Dogm. della Relig. tomo 3. cap. 1. art. 4.). Et Joseph De Maistre: = Locke col suo gran sistema ha scatenato il Materialismo..... per esso la ragione ha perduto le sue ali; si trascina come un rettile fangoso, e tutte le morali scienze periscono = (Veglie di S. Pietroburgo veglia 6 nota 33.)

In negando igitur finium existentiam Atheistis, et Deistis manus præbent amicas vel ipsi sensistiani

Numer. 2

Quid hac de re sentiebat Franciscus Baconus de Verulamio.

A) Baconus quam maxime benemeritus in scientiis naturalibus movendis, ut verbis utamur abbatis Ladvocat: = Si può dire il padre della filosofia sperimentale = (Dizionario portatile art. Bacone.): non autem sic de eodem sentiendum venit quoad scientias morales.

Quin immo contemraneus suus, ac defensor Dugald Stewart fatetur hac de re ejusdem sententiam dubiam saltem videri scribit enim = L'autorità di Bacone fu più d'una volta citata a sostegno della opinione de' citati filosofi = (Compend. di filos. mor. part. 2. cap. 2. art. 2. § 231.), eorum nempe qui finium existentiam denegant.

B) Ceteroquin contemraneum suum defendere conatur, dicendo quam optime eundem studuisse, ut abusus tollerentur in scholis qui, propter nimium causarum finalium amorem irrepserant cum maximo scientiarum physicarum detrimento. Nam Finium studium ad Metaphysicam, minime vero ad Philosophiam Naturalem spectat.

Quocirca Stewart eius defensor affirmat: = Era impossibile di mostrare l'assurdo de frammischiare e confondere le cause fisiche colle cause finali, e di surrogare congetture sulle intenzioni della natura alla spiegazione del processo delle sue operazioni = (ibid.).

Attamen cum bona venia tanti viri arbitramur quidquid ipse Baconus privatim senserit, merito dici eum fuisse illius opinionis quae posterius hisce temporibus adversus finium sententiam grassatur. Bene dixit licet fortassis invitus, predictus ab. Ladvocat: = Il suo Novum Scientiarum organum è detto da un bello spirito un palco, sul quale si è fabbricata la nuova filosofia = (ibid.)

Enimvero qui fines admitti possunt, ubi sola Inductio secundum Baconem ad veritates cognoscendas sit adhibenda? Ipse enim docuit: = Tutte le arti formano una specie di piramide di cui l'esperienza è la base, e la metafisica è la sommità; ciò è il simbolo dell' induzione, che risale con i fatti alla prima causa = (Dell' aumento delle scienze.)

Ut Auctor igitur quam male audit ex nostra sententia hac de re Baconus de Verulamio.

Num. 3

An præsens studiorum conditio Teleologiæ faveat

A.) Præsens studiorum conditio, etsi Teleologiæ non adversetur, minus tamen apta nobis apparet.

Et duæ sunt causæ cur hoc affirmamus: quarum prima est nimius honor, quo in comparatione metaphysicæ naturales scientiæ gaudent: secunda vero causa est nimium tempus, quod in iisdem scientiis naturalibus apprehendendis insumitur.

Etenim quo plus coluntur quæ res externas respiciunt, eo minus coli possunt ea, quæ internum respiciunt

B) Nec ideo diffitemur permulta commoda hominibus derivasse ex scientiis naturalibus: sed pro bono nunquam optimum est negligendum. Hoc est consilium nostrum

= Si ode incessantemente discutere sull' Ortografia, ut verbis utamur Weiss, sulla costruzione, sull' accento, sulla gradazioni dei sinonimi.....; ma di grazia, non torniamo fanciulli: lasciamo l' abbici..... siamo un po più filosofi, e meno gramatici! Il vero dotto non è già chi s' ingrava del peso di tutte le particolarità delle scienze, che parla otto, dieci lingue, conosce i titoli e talvolta anche il contenuto di migliaja di volumi o ad ogni passo cita le opinioni degli antichi e di moderni scrittori. Se costui non estese mai oltre le sue cognizioni, potea risparmiare le sue vigilie. Il vero sapiente alle azioni sopra tutto riferisce i suoi lumi = (Princ. Fil. Pol. Mor. c. 2. art. Lingue) Bacon

Quousque studia naturalia, majori gaudebunt estimatione, tamdiu conditio temporum ex nostra sententia satis apta non erit ad studia metaphysica

(C) Nobis tamen effulget spes fore ut in dies res bene vertant. Tempora enim vivimus pacifica; et post studia rerum naturalium semper consuevit genus humanum ad studia utiliora sese convertere.

Atque hac de causa ex nostra sententia nuper scribebat perillustris vir de Bonald: = Considerazioni sublimi sull' ordine sociale saranno lo studio del secolo che comincia; come le considerazioni sull' ordine fisico e le ricerche sulla natura dei corpi furono l' oggetto principale degli studj del secolo che è finito = (Legislaz. primit. vol. 3. del pens.).

Brevi igitur faciet Deus, ut sequens Weiss lamentatio sit cessatura: = Le Fisiche e le Matematiche hanno usurpato ai giorni nostri il vocabolo Filosofia..... pertanto non possono considerarsi che quasi prima soglia, o vestibolo del tempio della Sapienza, di cui però l' Etica e Morale è il vero Santuario = (id. vol. 1. Introduz.) Bacon

Non satis igitur propitia nobis videtur studiorum conditio etsi Teleologiam non adversetur

Articulus II.

Fines dari in rerum natura evincitur

Num. 1.

Ex cosmologia finium existentia apparet

A) Fines dari in rerum natura dicimus ex eo quod planetae naturam habeant tum in Coelo, tum in terra opera movere constat.

Fines autem moveri potest sine aliqua directione: nihil de loco in locum vel de situ in situm transfertur quin de potentia transeat ad actum. Atque directio supponit finem, quinimmo actus sunt totidem alicujus potentiae fines.

B) Fines secundo dicimus dari in rerum natura ex eo quod plantae vitam habeant vegetativam. Ex semine enim evolvuntur et crescunt, frondescunt et fructificant, denique moriuntur

At quidquid gtates habet, ac regularem cursum, inter fines necessario continetur.

(C.) Vel ipsa tandem bruta, cum vitam habeant sensitivam, legibus subjiciuntur certis et determinatis tum ad sui conservationem, tum ad sibi similia producenda.

Legibus autem subjici idem est ac fines habere.

Ex illis igitur quæ manifesta sunt ex Cosmologia fines dari apprime constat.

clam 2.

Finium existentia ex Anthropologia apparet.

1.) Dicimus secundo ex Anthropologia finium innotescere existentiam.

Enimvero si corporis nostri præcipuas consideremus partes, riemi hac de re dubitare poterit. Cur enim v. gr. concessi sunt nobis pedes, nisi ut ambulemus? Cur aures, nisi ut audiamus; cur oculi nisi ut videamus?

Hujus rei evidentia motus Voltairius ipse nihil bonæ causæ propensus, dicit: = Sembra che si abbia ad essere forsennato per negare che gli stomachi sien fatti per digerire, gli occhi per vedere, le orecchie per udire. Geometri, non Filosofi hanno rigettate le cause finali; ma i veri Filosofi le ammettono =.

3.) Quod si spiritus nostri facultates perpendere velimus, clarius adhuc idem apparebit.

Nemo, qui vel prima limina Philosophiæ salutarit, intelligentiam voluntatem et memoriam animæ humanæ denegabit. At nihilominus constat, singulas has animæ nostræ facultates suos habere fines. Intelligentia enim ad veritatem cognoscendam trahimur: voluntate ad bonum possidendum inclinamur; memoria vebitotum ac bonorum notiones servamus.

…a de re aiebat De Feller: = Ma se tutte le operazioni della natura hanno un fine l'anima dell'uomo il capo d'opera e la padrona del Mondo, non avrà altra destinazione che il nulla? = De Feller Cat. Fil. to. 1. c. 2. art. 8. §. 40)

(C.) Quod tandem concludere poterimus si vel ipsas hominum operationes tantisper perpendere velimus.

Quis enim est qui nesciat, homines, quousque humano more sese gerant, easdem semper ac pro semper ad aliquid obtinendum suas dirigere operationes? Hinc enim est enatum illud proverbium: = Nil volitum, quin præcognitum =; hinc originem ducit ille duplex ordo, intentivus nempe et executivus; hinc dicimus prius velle inde operari.

Sive igitur corporis partes sive animi facultates sive humanas actiones consideremus, ex Anthropologia finium existentia continuo elucet.

Numerus 3.
Finium existentia ex ipsa eruitur Theologia

A.) Ex ipsa denique Theologia ratiocinari licet ad finium existentiam comprobandam.

Ex illis enim quæ hoc in Tractatu disputavimus, constat, omnia quæ existunt, ac Mundum hunc adspectabilem constituunt, a Deo habuisse, ut existerent; et eatenus esse perseverant, quatenus a Deo ipso conservantur.

B.) Si porro Deus omnia et singula facit ut sint; vel hoc temere et insipienter facere dicendus est, vel ordinate ac sapienter

Alterutrum horum est omnino admittendum; ab hoc nullum datur refugium; sed quis non videt omnino repugnare infinitæ auræ, aliquid vel minimum temere ac fortuito operari?

C.) Cum igitur Deus sit infinite sapiens, omnia ac singula consulto gubernari nobis dicendum venit.

Et licet singulos rerum omnium fines exploratos non habeamus, singulis tamen rebus a Sapientissimo Conditore destinatos esse pro certo habemus.

= Ciascun opere, merito auctor quidam dicit, ha il suo fine particolare, a noi non sempre noto, ma che negar non si potrebbe, senza negare in pari tempo, che una causa intelligente abbia presieduto alla formazione dell'Universo = (Veri principj cc. c. IX

Articulus III
Objectorum resolutio

Objectio I.a

A.) At opponunt Adversarii causarum finalium dicentes, fines minime esse admittendos quoad singulas res creatas, ideo quia multa in dies eveniant fortuito; ideo quia nobis ipsis concedentibus, complures sunt eventus casuales; ideo quia in rebus sæpe numero casus apparet

B.) Sed perperam argumentantur; etiamsi enim non raro in rerum natura locum habeat casus, et fortuna; ex hoc non consequitur, omnia et singula res non habere fines, seu non habere causas finales

Eatenus enim aliqui eventus casuales et fortuiti dicuntur, quatenus eorum causa finalis ignoratur, quatenus eorum finis est nobis occultus; casuales nempe dicuntur respectu nostri minime vero in se.

= Finis est causa, non quatenus est esse sed quatenus ad rationem consulitur. =

Non confundendus est Casus Philosophicus, qui est omnis causæ defectus, cum Casu Vulgari, qui est causæ ignoratio.

(c.) Quem Casum Vulgarem sic D. Aquinas sequentibus verbis illustrabat: = Sicut concursus duorum servorum, licet sit casualis in quantum ad eos, est tamen provisus a Domino, qui eos scienter sic ad unum locum mittit, ut unus de alio nesciat: = (1. p. q. 22. art. 2. ad 1um).

Sunt igitur, nobis ipsis concedentibus, complures eventus casuales, sed casu vulgari, qui causas minime excludit, finales

Objectio secunda

(A.) Sed instant, admittendos non esse fines quoad singulas creaturas ideo quia complures ex iisdem sunt irrationales; ideo quia non potest illud inquiri, quod nesciatur; ideo quia tendentia in fines intelligentiam in rebus omnibus supponeret, quod est evidenter falsum.

(B.) Sed iterum male argumentantur: rationales utique creaturæ intelligentiâ adducuntur ad fines suos consequendos; non autem irrationales. Dupliciter enim aliquid sua actione, vel motu tendit ad finem: = Uno modo, tradit Aquinas, sicut seipsum ad finem movens, ut homo; alio modo sicut ab alio motum ad finem, sicut sagitta tendit ad determinatum finem ex hoc quod movetur a sagittante, qui suam actionem dirigit in finem = (1. 2. qu. 1. art. 2.)

(C.) Minime igitur sequitur fines admittendos non esse in omnibus creaturis ex eo quod complures ex ipsis intelligentiâ careant, cum ad hoc intelligentia primi moventis sive primæ causæ satis superque sufficiat. Quemadmodum sagitta emissa suo fine non caret etiamsi sit ipsa irrationalis.

Objectio tertia

A.) Rursus instant quidam adversus nos admiratione affecti: dicunt enim: igitur ad vestros fines in ipsis irrationalibus rebus restringendos divinam humiliabitis Majestatem in earundem directione ac gubernio? Proh! dolor.

B.) ... pietatis praetextu opponunt, inepte tamen argumentantur

Cum enim Deus sit omnium creaturarum prima causa efficiens, formalis et finalis ejusdem infinitatis est proprium, ejusdem essentiæ quasi est exclusivum, eas omnes in actus ac fines suos ordinare et movere. Munus, sive officium quam maxime laude dignum.

Quæ hæc fuit causa, cur Tullius ipsa sequentia scripserit verba: = Ut hominum membra nulla contentione mente ipsa et voluntate moventur; sic numine Deorum omnia moventur atque mutantur = (de Nat. deor. lib. 3)

C.) Quod si reges nostros minimarum rerum curam dedeceret, notandum est, infinitum discrimen inter reges terræ, et Regem Regum intercedere. Homines enim cum sint reges nostri, vel etiam volentes talem curam habere non possent; vel si etiam possent, illud non præstarent sine detrimento meliorum curarum.

Proindeque si dedecus omnino infinitum esset in Deo defectus Providentiæ quoad res minimas: e contrario hujusmodi cura in regibus nostris fere dedecore eosdem afficeret. Unde merito Salomon tradebat de Deo: = Pusillum et magnum ipse fecit, et æqualiter est illi cura de omnibus = (Sap. VI.).

Quidquid igitur effutiant adversarii, fines dari in rerum natura manifestum est nobis.

Caput II.
De Finium Natura.

Articul. I.
Historia errorum in Finium Naturam.

Num. 1.
Qui fines admittebant sine bonitate.

A.) Errores hac super re, quamvis adesset voluntas, numerare non possemus; in ducentas enim et ultra sententias, teste Augustino, abierunt Philosophi de illo ultimo hominis fine pertractantes.

Recensebimus potius aliquos ex erroribus præcipuis, qui finium naturam in genere respiciunt et speciatim ultimum hominis finem.

B.) Atque in primis cognoscere juvabit quid Manichæi et Epicurei quid Academici, et Cartesius ipse de finium natura in genere senserint.

Manichæi aliter dicti Dualistæ, cum a duobus Principiis, quorum unum esset Bonum, esset alterum Malum, omnia, quæ in mundo sunt facta esse dictitarent, alios fines tradebant esse bonos, alios autem malos, omni bonitate sic expoliantes partem finium.

Epicurei ab ultimo hominis fine omnem admittebant Bonitatem, credentes felicitatem consistere in desiderio sive in tendentia sine objecto. Quod utique omnem bonitatis notionem destruebant. = Poichè ut verbis utamur Ab. Romeni, perchè speranza non v'ha per chi conosce l'inganno.... perchè l'illusione che godono cessa a chi si sovviene che è illusione = (Saggio sopra la Fel. lib. 1. c. 1.).

A.) quam [illegible]

Eo devenerunt Academici ipsi, qui tanta obscuritate hominum finem obvolvi dicebant, ut nulla spes esset illum cognoscendi. Bene enim Poeta noster scribebat:

È pena che avvelena
Un barbaro sospetto:
Ma una certezza è pena,
Che opprima affatto un cor. Metastasio.

C.) Quibus Philosophis adjungendus est vel ipse Cartesius, si fides habeatur Dugald Stewart. = Cartesio, inquit ipse, Cartesio particolarmente, data per ammessa l'esistenza di Dio, tiuone abbastanza appoggiata ad altre prove, rigetta espressamente la teoria delle Cause Finali qual empia ed assurda presunzione di voler penetrare ne' disegni della Provvidenza = (Comp. di Filos. Mor. p. 2. c. 2. art. X. n. 4.)

Numerus 2.

Qui ultimum hominis finem bonum tradebant sine Deo.

A.) Plerique vero ex Philosophis a predictis abhorrent, tradentes fines omnibus rebus convenire, tradentes bonum esse quod res appetunt, tradentes fines quoscumque esse debere bonos.

Magna tamen est eorum caterva qui etsi bonum affirmaverint esse debere ultimum finem hominis, illum tamen extra Deum haberi posse docebant

B.) Hujusmodi fuere Epicurei qui felicitatem hominis collocabant in voluptate sensuum. Epicureos non minus decuit Mahumedes, eorum sententiam tradens in suo Alkorano in capitulis de Vacca et Feminis.

Hujusmodi fuere Stoici qui hominis felicitatem collocabant in virtutis exercitio ac vivendo secundum Naturę Leges, ita ut juxta eosdem vel in ipso Phalaridis tauro vir justus semper felix inveniretur.

Hujusmodi fuit Puffendorfius cum aliis Protestanticis Doctoribus, qui finem summum in bonis hujus vitę collocare non sunt veriti: contra quos juvat repetere cum Poeta nostro

Parvemi mirabil vanitate
Fermare in cose il cor che il tempo preme,
Che mentre più le stringi, son passate. (Petrarca Trionfo del Tempo)

C.) Ab istis differt utique opinio Christiani Wolphii: cum enim predicti Philosophi intra sphaeram hujus vitę omnia terminare affirmarent, Wolphius e contrario ad vitam futuram hominis felicitatem spectare asseruit.

Attamen a summo hominis Bono nominatim Deum excludit, dicendo consistere: = Summum hominis bonum in non impedito progressu ad majores continuo perfectiones = (Wolphius lib. 2. Juris Naturę

Numerus 3.

Qui ultimum hominis finem dixerunt esse Deum, sine tamen hominis bono.

— —

A.) In sententiam prædictis Philosophis prorsus contrariam lapsi sunt aliqui inter veteres et recentiores Christianos. Primis Ecclesiæ temporibus aliqui Monachi Divinæ contemplationi dicebant esse vacandum non tantum contemnendo creaturas omnes sive rationales sive irrationales, sed etiam sese mortificando ac conscientiam habendo = puram a quacumque passione, et affectione vacuam = (Cardin. Gotti. Veritas Relig. Christ. tom. 4. p. 5. cap. 120. §. 1.)

Deum itaque inquirendum esse volebant, nulla habita ratione ad proprium interesse, ad felicitatem.

B.) Disparuit hæc opinio, sed sub fine sæculi XVII. illam e cineribus revocavit, disseminavitque in Italiam, Galliam et Hispaniam Michael De Molinos Hispanus in libro Romæ impresso (1675.), cui titulus: = Guida spirituale che conduce l'uomo per un cammino interiore a conseguire la perfetta contemplazione e il ricco tesoro della pace interiore =.

Qui liber iterum atque iterum impressus, benevolos invenit lectores = Ob ipsissimam quam proferebat doctrinam, nempe annihilationem sui, omniumque potentiarum, ut Deo se totum absque alio distractivo unire posset = (Gotti ut § 2.).

C.) Et ipse Franciscus de Salignac Fenelon per aliquod temporis hac opinione quoad ultimum hominis finem fuit imbutus

Inter alia enim, quæ ipse in opere scripsit cui titulus: = Spiegazione delle massime de' Santi =; hoc etiam affirmabat: = In statu vitæ contemplativæ seu unitivæ, ajebat, ammittitur omne motivum interessatum timoris et spei =

Merito proinde perillustris vir Bergierius et alii post ipsum hanc sententiam vocant = Statum indifferentiæ quoad æternam salutem, ejusque sectatores Quietistas merito appellant =

Articulus II

Finium natura distinctulum exponitur

A.)

—

Num. 1

Finis cujuslibet rei est bonum =. D. Tho. Cont. Gent. lib. 3. c. 16

B.)

- -

Contra Manichæos, Epicureos et Academicos, quorum singuli plus minusve finium bonitatem infitiabantur, affirmamus in primis, ac proponimus finem cujuslibet rei esse bonum.

Et re quidem vera, ut supra ostensum est, omnia ac singula sua habent fines, in quos tendunt ac moventur sive hos tenant per intelligentiam, ut sagittantes; sive per naturam, ut sagittæ

= Quod autem movetur, ut ajebat Aquinas, cum sit in potentia, tendit ad actum, et ita ad perfectum et bonum: per motum enim exit de potentia in actum = (Cont. Gent. lib. 3. c. 3. n. 9.)

B.) = Preterea, prosequamur cum eodem Aquinate. Eodem modo ordinantur in finem ea quæ cognoscunt finem, et ea quæ finem non cognoscunt; licet ea quæ cognoscunt finem, per se moveantur in finem; quæ autem non cognoscunt finem, tendant in finem quasi ab alio directa, sicut patet de sagittante et sagitta =.

= Sed ea quæ cognoscunt finem, semper ordinantur in bonum sicut in finem: nam voluntas, quæ est appetitus finis præcogniti, non tendit in aliquid nisi sub ratione boni, quod est ejus objectum =

= Ergo et ea quæ finem non cognoscunt ordinantur in bonum sicut in finem. Finis igitur omnium est bonum = (ib. cap. 16. n. 4.).

C.) Denique: vel finis cujuslibet rei est finis totius creationis, ac proinde principalis et summus; vel cujuslibet creaturæ finis est ad finem creationis, ut aliquid secundarium, et intermedium.

Si primum: tum finis quilibet erit absolute bonus, cum Deus essentialiter bonus a malo non moveatur ad agendum.

Si secundum: finis pariter cujuslibet rei bonus omnino erit; nam, ut loquamur cum eodem Aquinate, = Secunda appetibilia non movent appetitum, nisi in ordine ad primum appetibile, quod est ultimus finis = (1. p. quæ 1. a. 6.).

Contra igitur ac Manichæi, Stoici atque Academici tradebant, finis cujuslibet rei est bonum

Dicimus 2.°

Deus est finis omnium (S. Th. cont. Gent.); sine quo nemo beatus.

A.) Dicimus secundo contra Epicureos et Stoicos, et quotquot cum ipsis bonos utique volebant rerum fines, sed ab hominis felicitate Deum excludebant, dicimus, Deum esse finem omnium, ac neminem sine eo beatum esse posse.

Quod vero Deus sit finis omnium ex eo apparet, quod ipse sit infinite sapiens. Unde recentissimus Auctor, admodum scite scribit: = Dio che è la causa efficiente di tuttociò che esiste ne è altresì la causa finale, cioè a dire, egli stesso è il fine delle sue opere. La ragion stessa infatti ne assicura che l'Essere fornito di somma intelligenza non può agire a sorte e senza motivo, che l'Essere d'infinita perfezione non può proporsi altri fini degni di lui, che se stesso. Se agisse a caso, ove sarebbe la Sapienza? se non agisse per se, resterebbero violati i diritti della sua giustizia. Infinitamente superiore a tutto, Egli tutto a se deve, tutto a se rende = (Dei Principj opposti agli errori del Sec. XIX. cap. LXI.)

Quod in brevius conficiebat Aquinas: = Quod est maximum in unoquoque genere, causa est omnium illorum quæ sunt illius generis.... Deus est causa bonitatis in omnibus bonis. Ergo et est causa cujuslibet finis.... in quantum est bonum = (Cont. Gent. lib. 3 cap. 17. n. 2.).

B.) Quod autem sine Deo nullus homo potest esse beatum, probari potest ex natura Creatoris, ex natura creaturarum et ex ipsa experientia.

Ex natura Creatoris quoniam quæ sunt bona non per essentiam, sed per participationem eatenus bona sunt, in quantum causa essentialiter bona concurrit, quatenus nempe Deus ipse facit ut sint bona. Sine Deo igitur nemo beatus esse potest.

Quod probatur secundo ex creaturarum ipsarum natura. Omnes homines beati esse desiderant: beatitudo est finis communis ad quem omnes indiscriminatim adspirant. Nec uno temporis momento aliquis beatus esse non vellet. At quæcumque creata sunt bona, cum finita sint et fluxa, nec ab omnibus possidere possunt nec semper. = Quidquid mortale et caducum est, ajebat Augustinus, non potest a nobis quando volumus, et quamdiu volumus haberi = (De beata vita disp. 1. n. 11.)

Natura igitur desideriorum nostrorum et creaturarum perspecta cum eodem Augustino concludamus oportet: = Non igitur hæc qui amat et possidet, potest ulla modo beatus esse = (id. ib.). Natura tamen intellectus nostri certiores nos reddit Deum esse bonum universale, quod ab omnibus perpetuo amari potest: proindeque ex natura ipsa nostra constat, neminem posse esse beatum sine Deo.

C.) Quod nihilominus patet ex ipsa experientia.

Quo magis enim creaturas amamus, eo magis desideria crescunt et ampliantur, eo magis gaudia decrescunt ac nausea augetur: ut unusquisque possit de seipso repetere: = Vanitas vanitatum et omnia vanitas et afflictio spiritus = (Eccle. 1. 2.)

E contrario quo magis crescit Divina Charitas, quo magis Dei voluntas adimpletur, eo magis gaudemus. Unde perillustris vir Blasius Paschal exclamabat: = Se l'uomo non è fatto per Iddio, perchè non è egli felice che in Dio? = (Pensieri cap. XXI.)

Dominus Deus igitur est finis universalis est finis finium, sine quo nemo beatus: ut de se est locutus: = Ego sum Alpha et Omega, primus et novissimus = (Apocalyps. cap. ult.).

Unde Poeta noster hac de re sic concinne scripsit

O terreni animali o menti grosse
La prima Volontà che è per se buona,
Da se che è Sommo Bene, mai si mosse
E quinci appar ch'ogni minor natura
E' corto ricettacolo a quel Bene
Che non ha fine, e se in se misura.

...sì che il bene, ch'è del volere obbietto,
Tutto s'accoglie in lei, e fuor di quella
È difettivo ciò ch'è lì perfetto.
Cotanto è giusto, quanto a lei consuona:
Nullo creato bene a sè la tira
Ma essa radiando lui cagiona. (Dante)

Numerus 3.

Deus sine quo nemo beatus, est objectum desideriorum

A.) Contra tandem Quietistas, qui Deum utique fatentur esse finem omnium rerum ut bonum sibi; minime vero ut bonum nobis hominibus; dicimus ita Deum esse finem omnium ut sit etiam desideriorum nostrorum objectum, ut sit etiam nobis desiderabilis, ut nempe bonum nobis.

Atque hoc duabus de causis contra Quietistas demonstrandum aggredimur.

B.) Quarum prima haec est, quod scilicet interesse proprium est veluti quaedam scala ad amorem Charitatis et amorem purum

= Così siamo in noi. Aquinatem ipse clamavit: noi siamo disposti ad amare una persona a cagione dei benefizj che ne riceviamo; ma dappoichè abbiamo cominciato ad amarla non l'amiamo più pe' suoi benefizj, ma per la sua propria virtù, pel suo merito = Ad amandum disponimur propter beneficia accepta, quamvis postquam jam amare incepimus non propter illa beneficia amemus amicum, sed propter ejus virtutem = (D. Tho. 2.2. 27. 3. apud Mamalii Trat. dell'Am. di Dio, part. 1. c. 9).

C.) Secunda autem causa, cur dicimus contra Quietistas Deum esse finem omnium ac etiam desideriorum nostrorum objectum, haec est, quod felicitatis desiderium est nobis ab ipsa natura, nec quemquam fallit Deus.

Quod si pater terrenus desideria suorum natorum nec adversatur nec negligit, eo minus Pater Coelestis: = Quis ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? = (sic ipse Christus). Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis dabit Pater vester de Coelo = (Luc. XI. 11.) = Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in Coelis = (Mat. V. 12.)

Aliter crudelitatis insimulandus esset Deus et Quietismus, ut Bergierius tradebat, esset = Uno stato d'imbecillità o di sincope, una malattia, anzichè una perfezione = (Bergier Dict. art. Quietismo).

Deus igitur est Finis omnium maxime nobis desiderabilis.

Articulus III.

Objectorum Resolutio.

Objectio 1a

A.) Ast opponunt primo: si finis omnium rerum est bonum, cur tot mala in rerum natura?

Si desiderium non est hominum finis, cur sperando gaudemus?

Si natura finium nisi tenebris involuta dignoscitur, cur Academici cum Cartesio damnandi?

B.) Sed respondemus: mala quæ nos circumdant in hac vita mortali, non sunt aliquid existens, idest aliqua natura, neque sunt in existentibus ut pars perfectionis, sed ut privatio in subjecto. Nec hujusmodi mala cognoscuntur, nisi per bonum.

Præterea mala ejusmodi, cum cadant in causis secundis, in causis imperfectis sunt totidem privationes finis; quæ proinde fines supponunt bonos.

De cetero multa quæ nobis apparent mala, eo quod sint totidem stimuli ad bene faciendum, sine ratione appellantur mala. Unde celeberrimus Buffon ajebat: = Non ci affrettiamo a decidere sulla irregolarità che vediamo sulla superficie della terra, e sul disordine apparente che trovasi nel suo interno; perciocchè noi riconosceremo ben presto l'utilità, anzi la necessità = (Stor. Natur. to. 1.). Hinc inter eruditos enatum est illud proverbium. = Destructio unius est conservatio alterius =.

C.) Quod si homo sperando gaudet, hoc fit ei ex natura objecti quod sperat; minime vero ex sola spe ab objecto suo separata.

Quod si a nobis Academici cum Cartesio damnantur, in tantum hoc facimus in quantum ex eorundem opinione sequeretur nihil prorsus de finium natura nobis innotescere posse. Nec etiamsi obscure duntaxat de finium natura dicere possimus, causa cessat eosdem condemnandi: aliud enim est juxta eosdem nil posse nobis innotescere: et aliud est juxta nos aliquid posse scire.

Objectio secunda

A.) Opponunt secundo: si Deus universa propter semetipsum est operatus ergo indigens: quod absit omnino dicere.

Si sine Deo nemo beatus, bona igitur creata essent illusoria, et quidem a Deo, quod absurdum est dicere

Præterea si in solo Deo possibilis est hominis beatitudo. Deus dicendus esset quamvis infinite distans, nobis communicabilis cum sit omnino incommunicabilis

B.) Sed respondemus, Deum utique esse dicendum indigentem, si omnia propter semetipsum operatus esset, ut aliquid consequeretur, quod minime dici potest, cum omnia propter semetipsum sit operatus ut de suo largiretur. = quia, ut ait Aquinas, non agit propter suam utilitatem, sed solum propter suam bonitatem = (1. p. qu. 44. art. 4.). Cum enim Deus sit infinitus, est quidem in potentia ad elargiendum, minime vero ad acquirendum.

C.) Quod si bona creata homines alliciunt, hoc est ad eorum fidelitatem probandam, hoc est ad virtutis exercitium, hoc est ad eorum perfectionem.

Quod si Deus infinite distat a quovis homine, hoc eatenus est accipiendum, quatenus nemini communicari potest sua natura, quatenus unus sit Deus, quatenus unum tantummodo sit posse infinitum; Hoc est in se Deus est incommunicabilis.

Observe

Ceteroquin Deus utpote infinitus, utpote causa efficiens, finalis et formalis omnium creaturarum, continuo dona sua elargitur, continuo se communicat creaturis secundum: in ipso enim movemur et sumus = D. Paul.; Deus itaque etiamsi subjective sit incommunicabilis, objective tamen communicabilis est atque homo etiamsi infinite distet a Deo, Dei gratia tamen Deum ipsum obtinere potest. = Eo enim ipso, ajebat Aquinas, quod facta est ad Dei imaginem anima, capax est Dei per gratiam = (1. 2. qu. 113. art. 10.)

Objectio tertia

A.) Objiciunt tertio: si Deus habendus est ab hominibus utpote objectum suorum desideriorum, tunc etiam tamquam finis perutilis esset ab iisdem habendus; tunc eatenus expetendus quatenus utilis; tunc interesse proprium esset finis finium. Quod absit dicere cum Deus tantummodo sit ultimus rerum finis.

Sic Quietistae cum suis asseclis purissimis.

B.) Sed respondemus distinguentes: verum enim esset quod interesse proprium finis finium constitueretur si Deus a nobis haberetur tantummodo quale objectum desideriorum nostrorum, si tantummodo requireretur ut bonus nobis; at non tantum sub hoc aspectu Deum dicimus finem rerum omnium, sed dicimus etiam propter se Deum esse operatum; sed etiam dicimus utpote finem rerum habendum sibi ipsi bonum.

C.) Falsum omnino est itaque quod opponitur, interesse nempe proprium a nobis haberi veluti finem finium: cum perfectio nostra a nobis habeatur tamquam finis secundarius. Inde Aquinas ajebat: = Beatitudo est sicut finis sub fine conjungens ultimo fini = (in prim. distinct. 40. qu. 1. art. 2.) = finis non in quo quiescitur sed per quem venitur: quem ...).

Caput III.

De Finium adeptione sive usu

—

Articulus I

Quis erit finium usus in illis quae Mundum constituunt.

—

A.) In capite primo hujus tractatus disputavimus de finium Existentia, in secundo de finium Natura; in hoc autem de finium possessione sive usu.

Aliud enim est res quae complere potest potentiam, et aliud est usus rei ipsius. Res primo sensu accepta dicitur etiam finis objectivus; secundo autem sensu dicitur finis formalis.

De usu porro finium loquentes, quoad spectat ea quae mundum adspectabilem constituunt, esse libere putamus eorum perpetuam permanentiam quoad substantiam.

B.) Quod sic post Aquinatem conficimus (cont. Gent. lib. 4. c. 97.). Quae mundum hunc constituunt ut superius admonebamus, propter finem moventur.

Finis autem motus non potest esse ipsum moveri: motus enim cum semper in aliud tendat non habet rationem ultimi finis. Nec multiplicatio quae a motu ipso etiam dependet, sive reproductio vel dierum vel plantarum et brutorum potest esse ipsius motus finis = quia infinitum contrariatur rationi finis = (Aquin. ibid.)

Nihil igitur inconveniens sequitur, si ponamus motum desistere, et cum eodem dies, et anni tempestates, ac plantarum et brutorum vitam cessare, illo tantummodo remanente, quod aptitudinem habet ad perpetuitatem, Deo attamen sua virtute supplente, quod eis ex propria infirmitate deest. Creavit enim res ut essent.

C.) Quae igitur Mundum hunc constituunt, quoad substantiam in perpetuum remanebunt in ultimo statu mundi:

Tunc per finium adeptionem erunt Coeli novi et terra nova (Apoc. 21.): tunc figura hujus mundi praeteribit (1 Cor. 7. 31.) tunc in ipsis rebus libertate destitutis perfecta habebitur quies.

Articulus II

Quae erit hominum beatitudo formalis sive adeptio finis.

A.)

Multi multa hac de re tradiderunt tum veteres tum recentiores Philosophi: nihilominus nonnisi tenebras tenebris accumulando aliquid hac de re disputarunt.

Ipse enim Seneca de tot ac tantis Philosophis qui illum praecesserant ita judicabat. Scribit enim: = Vivere omnes beate velle sed ad providendum quid sit, quod beatam vitam efficiat omnes caligare = (Senec. lib. de beata vita.). Nec minus dici potest generatim

[illegible] te duo ? [illegible] qui illum [illegible] in videndo subtrahere [illegible]unt.

Quod [a]liquid hac de re aliunde docuerunt, ex nostra sententia, ex luce [Evan]:gelii [h]auserunt ut bene docerent. Nec tamen eosdem vituperare audebimus unquam, quo:niam cum peregrinemur a Domino, nonnisi in aenigmate cognoscere possumus beatitudinem hominis formalem.

(k.) Neque tamen hac de re [illegible] nihil cognosci posse dicimus.

Cum enim anima humana ultimo fini conjuncta in omnibus suum desiderium adimpletum sit oportet, ex hac veritate, veluti ex inconcusso principio, et alias veritates per rationis discursum deducere possumus.

Amore beatitudinis amore gaudii omnia perstant homines: at nil volitum quin incognitum; at nulla subjectiva felicitas si non fuerit sempiterna.

Deum igitur videbit homo; Deo ipso fruetur; et quidem in perpetuum.

[Q]uinimmo cum felicitas formalis, ut ait Aquinas, sit felicis perfectio, et [illegible] hominis sit ipsum corpus, in adeptione finis ultimi oportet animas hominum cor:poribus [su]is iterato conjungi, quod est resurgere.

(l.) Etiamsi igitur in tanta finis ultimi distantia inveniamur, lumine tamen ratio:nis suffulti dicere non dubitamus, beatitudinem hominis formalem consistere in visio:ne ac fruitione Dei in perfecta humanitate per omnia saecula saeculorum.

[Qu]o in sensu Divus Augustinus illam protulit sententiam omni laude dignam. = Civitatis aeternae, rex est veritas; lex charitas; modus aeternitas = (Epis. 5. ad Marcel.).

Articulus III

[Q]uis finis finium formalis

— —

(a.) Quis tandem erit finis finium formalis? Quid faciet Deus in illo ultimo mun:di et hominum statu? Hac de re nonnisi trepidantes aliquid posse dici arbitramur.

(b.) Dicimus itaque quod tunc temporis Deus Op. Max. omnes sanabit infirmitates, omnia implebit bona desideria in omnibus et super omnia regnans.

[T]unc infinita potentia substantias in esse conservabit; tunc summa sapientia in omnes intellectus facie ad faciem illuminabit; tunc infinita bonitas bonas voluntates laetificabit. Primus et novissimus.

(c.) [T]unc omnis consummationis erit finis: tunc quaeque res ultimo fini conjuncta [c]onfitebitur Domino quoniam bonus =

[T]unc [o]mni jam Dei voluntate facta, [n]ec imperfecto summi Regis regno, ab omni[b]us et per omnia unum tantummodo Nomen sanctificabitur; et hoc erit Deus.

= Quis mihi dabit pennas sicut columbae et volabo, et requiescam = ? (Psal. 54. n. 7)

Diceologia,

sive

Tertia Philosophiæ Pars

Omnium, quæ in hominum doctorum disputatione versantur, nihil est profecto præstantius, quam plane intelligi nos ad justitiam esse natos; neque opinione sed natura constitutum esse jus =

Cicero de Legibus lib. I cap. X

Quæ a Deo sunt, ordinata sunt

Ad Rom. XIII 1.

Proemium.

Num. 1.

Quid sibi velit Diceologia.

A.) Omnis, ait Cicero, = quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur quid id sit, de quo disputatur = (Lib. 1. Offic. cap. 2.)

Nos igitur ad tertiam Philosophiæ partem manum admoventes, quid ipsa sit in primis dicamus oportet

B.) Hanc Philosophiæ partem, quæ nunc Philosophia Moralis, nunc Philosophia practica nuncupatur, vel Ethica simpliciter dicitur, mirum est quam differenter definierint auctores, qui de eadem ex instituto scripserunt

Verbis tamen eorum definitiones magis differunt, quam reipsa; in illud enim fere coincidunt, quod Ethica sit ars vel scientia practica conformandi vitam et mores rectæ rationi ad veram felicitatem consequendam.

C.) Nos vero, qui hanc Philosophiæ partem vocamus Diceologiam, sive disputationem de moribus, sic eam definiemus.

Diceologia est nobis: = Disciplina scientifica mores hominum componendi, ut suos obtineant fines =. Vel brevius: = Est scientia homines dirigens ad finium adeptionem

Numer. 2.

Quæ sit Diceologiæ præstantia.

(A.) Quam maxima vero venit dicenda hujus disciplinæ præstantia! ex eo quod nostri perfectio sit finis, quem sibi habet propositum.

Ut enim tradit Elveticus Weiss: = Una sola idea veramente utile allo stato vale più, che migliaja di epigrammi, di sonetti, di ariette, di balli, e di tutti i capilavori di Fidia e di Tiziano — Princ. Filosof. Polit. e Morali vol. 2. Della Scienza.). Postrema ut D. Bernardus ajebat, si = Ex fine denominatur res; vel, ut ajebat Blasius Paschal: = E l'ultimo fine è quello che dà il nome alle cose =; si nempe a nobilitate finis nobilitatem suam mutuantur media, quid hac dignius disciplina, quæ Dei gloriam, hominumque beatitudinem veluti finem, sibi habet proposita?

(B.) Quæ Diceologiæ præstantia magis adhuc apparet, statim ac perspectum habuerimus ex ejusdem tantummodo præsidio fieri, ut aliæ quæcumque sint disciplinæ meritum obtineant.

Si enim Eloquentia a suo ultimo fine homines avertat potius quam trahat, quidnam ipsa erit, nisi quædam garrulitas? Si Politica a beatitudine distrahat, animosque subditorum avertat, quid aliud erit quam sæva tyrannis? Si ars Œconomica Diceologiæ præceptis careat, quid erit quam miserrima temporis jactura? Quid opes, quid dignitates, quid leges sine moribus?

Huic utique sententiæ illud Christi effatum favet: = Quid prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur =? Præclare proinde ajebat Paschal: = La scienza delle cose esteriori, non ci consolerà già dell'ignoranza della morale al tempo dell'afflizione: ma la scienza dei costumi ci consolerà sempre dell'ignoranza delle cose esteriori =

(C.) Hanc tandem nostram disciplinam dicimus quam maxime præstare nostris temporibus ex eo quod tanta librorum [illegible] proficientium illuvies inundaverit orbem litteratum, ut his, qui aliis præesse debent, absolute sit necessaria: nam = si cæcus cæco ducatum præbeat ambo in foveam cadunt =

Nostris enim temporibus, quod vellemus dissimulare, propter nimium rationis honorandæ studium, ac propter non dissitam Protestantium Ecclesiam, multis subjicimur periculis, ad quæ evitanda certa et evidens cognitio legum naturalium, ac inde consequentium officiorum sufficere tantummodo potest.

Quod utique necessarium non esset si adversarii nostri ad nos oppugnandos ex revelatione arma desumerent, sed ex ratione nos avincere student. Titulo etiam prudentiæ igitur [illegible] studium excellens est nobis dicendum

Num. 3

Quæ sint Diceologiæ partes.

In tres autem dispescimus partes tertiam Philosophiæ partem

In quarum prima de existentia legum disputationes; in secunda legum existentium naturam scrutabimur; in tertia vero officia ex ipsis legibus ad fines obtinendos necessaria eruemus.

Caput I^um

De Legum Existentia.

Articulus I.

Utrum Homines Leges habere videantur.

---

1) Pertractantes igitur in primis de Legum Existentia, Leges existere probaturi quaedimur momentis desumptis ab iis, quæ in dies inter homines ipsos fieri constat.

Constat porro homines in primis, tum ratiocinari ac judicia proferre; tum unum præ alio eligere, velle ac peramanter inquirere; tum huc et illuc gressus suos vertere, se se movere, ac vires suas corporales exercere. Hæc in dies ab hominibus fieri res est extra omnem dubitandi aleam posita.

Aut ratiocinari est procedere de uno intellecto ad aliud intelligendum: et judicare est deducere de principiis ad particularia, ita ut quemadmodum tradetat Aquinas = Omnis scientia habetur per aliqua principia = (2. 2. quæ. 1. art. 5. o.): vel prout scribit Michael Parma = In qualunque sistema, in qualunque ipotesi ragionare vuol dir muovere da un principio, cominciare da una nozione, lume e guida del ragionamento = (Nuovo raccoglitore. quaderno 107. Novemb. 1859. Filos. p. 779.). Numum velle propterea hoc vel illud particulariter aliquo exerit principio, aliqua dirigitur lege: nam propter felicitatem volumus quæcumque volumus; vel, ut fert proverbium, omnia fiunt ab homine sub specie boni. Una de causa illud habemus memorandum Aquinatis effatum. – Hoc modo se habet finis in appetibilibus, sicut principium in intelligibilibus = (1. 2. quæ. 9. art. 3): atque illud = Forma voluntatis est objectum ejus = (de Virt. quæ. 2. art. 3. o). Nec tandem vires suas corporales exercent homines utiliter, nisi in quantum determinatis modis ac certis regulis utantur.

Quoniam igitur homines ratiocinantur spiritu, voluntate amant, ac corpore se movent homines ideo leges habere dicimus.

3) Leges insuper homines habere ex eo affirmamus, quod ubique locorum ac temporum semper genus humanum fuerit religiosum inventum.

De hac enim propositione nulla est nobis causa dubitandi propter ea, quæ alibi de Religione disputavimus. Sed quævis Religio sive vera ipsa sit, sive falsa; sive parum, sive plurimum corrupta, sive idolatrica, sive Maumedana, sive Hebraica, sive Christiana sive schismatica, sive Catholica, hoc semper cultoribus suis præscribet, ut nempe certis ac determinatis modis sese gerant, sive quoad Deum, sive quoad proximum, sive quoad seipsos.

Quod idem est ac si diceretur omnes omnino homines a Religione legibus dirigi; ac proinde hac ipsa de caussa leges habere.

Homines tandem leges habere nobis apparet ex eo quod non sint divagi, sed sociabiles.

Ubique enim locorum ac temporum si non regna, saltem civitates, vel ad minimum domus inter homines fuerunt; vel ipsi sylvestres homines populique nomades aliquo modo inter seipsos inventi fuere conjuncti. Hæc ex historia patent.

At, ut tradebat Aquinas = Manifestum est quod plures multa unire, et concordare non possunt, nisi ipsi aliquo modo uniantur = (1. 2. 108.). = Quia nec multi navem in unam partem traherent, nisi aliquo modo conjuncti. ... propter quod et in omnibus quæ in unum ordinantur, aliquid invenitur alterius rectivum = (de Regim. Princ. l. 1.).

Prima igitur de caussa manifestum est, homines habere leges.

Articulus II.

Utrum homines legum suarum conscientiam habeant.

1). Præterea non tantum dicimus homines leges habere, sed etiam affirmamus ipsos homines cognoscere se subditos esse legibus, ac proinde legum suarum conscientiam habere.

Ac primum hujus veritatis momentum ex eo desumimus, quod ubique locorum ac temporum justitiæ ac virtutis inter homines inveniatur notio.

= Gettate lo sguardo, Rousseauius ipse ajebat, gettate lo sguardo su tutte le nazioni del Mondo, scorrete tutte le storie, fra tanti culti strani, fra una sì prodigiosa diversità di costumi e caratteri, per tutto voi troverete le stesse idee di giustizia, e di onestà, le stesse nozioni del bene e del male = (Emil.). Cuinimo ut advertebat Weiss, Helvetius: = Nessuna nazione ha per anco posto allo stesso livello l'oppressione, e la beneficenza la probità e il delitto, la dottrina e l'ignoranza, il coraggio e la viltà = (c. Weiss Princ. [illegible] Polit. vol. 1. Introd.).

At si ubi deest lex, nulla esse potest prævaricatio (Rom. 4. 15.), verum pariter est [illegible] esse dari honestatis, aut turpitudinis cognitionem, ubi nulla adsit legis

ipsius cognitio (ad Rom. VII. 7.) Qua de causa ipse scribebat Rousseavius. = Se tutto è uguale nell'ordine morale, come non vedete voi che le parole d'uomo onesto e scellerato dovrebbero essere prive di senso? = (Emil.)

Habent igitur homines legum suarum conscientiam

B) Quod probamus secundo ex eo, quod ubique locorum ac temporum eisdem justitiæ ac virtutis notionibus utantur homines ad seipsos judicandos.

Unde exclamabat Philosophus Romanus: = Quis autem natus non comitatem, non benignitatem, non gratum animum et beneficii memorem non diligit? Quis superbos, quis maleficos, quis crudeles, quis ingratos non aspernatur, non odit? = De leg. lib. 1. Quinimmo, advertebat Seneca = Placet suapte natura, adeoque gratiosa est virtus, ut insitum sit etiam malis probare meliora = (De Benef. lib. 4. cap. 17). = Perciò i violenti, i ladri, i traditori si vergognano di esserlo; sentono il bisogno di assumere almeno le sembianze della probità; la prepotenza si studia di comparir giusta; la seduzione, innocente; la menzogna, verace; e gli stessi assassini, e truffatori di professione vogliono tra loro custodita la religion dei patti = (Card. Ant. Pezzi Lez. di Filos. vol. 2. cap. 39. §. 308. n. 51). Perciò = Il giusto è tranquillo ne' ceppi; trema il reo sul trono, corteggiato, applaudito. Può col favor delle tenebre l'uomo occultare agli altri una cattiva azione, ma non può occultarla a se stesso: senza testimonj egli è già condannato = (Gio. Vent. Ventura. Dove che lo spirito, il cuore. vol. 1. pag. 139.). Quocirca ipse Philosophus Romanus = Sua quemque fraus, et suus terror maxime vexat; suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit = (Pro Sexto Ros.).

Quæ singula minime haberi possent, si homines legum suarum conscientiam non haberent.

C) Quod denique confirmari posse dicimus ex eo, quod homo virtutem sectetur, vitiumque aufugiat, etiamsi non raro obstacula obversentur.

Ut enim Ab. Ventura scribit = L'uomo conosce il bene e il male morale; e spesso si sottomette a penosi sacrifizj per praticar la virtù, e fugge il vizio e lo abborre, sebbene adorno delle più lusinghiere attrattive = (ib. pag. 324.) (164)

Unde sic adversus Helvetium ipse Rousseavius argumentabatur: = Ognuno, [illegible], dic'egli; concorre al pubblico bene pel suo interesse, ma donde vi proviene che il giusto vi concorre al suo pregiudizio? Coll'interesse proprio non si spiegherà mai, che le azioni degl'iniqui!!! A noi poco importa che un uomo sia stato giusto o malvagio due mille anni fa, e nulla ostante noi proviamo interesse nella storia, come se accaduto fosse a' giorni nostri. Cosa fanno a me i delitti di Catilina? Temo io forse di divenir la sua vittima? Perchè ho io dunque lo stesso orrore come se fosse mio contemporaneo? Noi non odiamo solamente i malvagi, perchè ci fanno del male; ma perchè sono malvagi = (Emil.).

Nedum igitur homines leges habent, sed etiam se habentes esse cognoscunt.

Articulus III.

Utrum homines legum habeant necessitatem

A.) Dicimus tandem hunc hominem legibus utentem, ac legum suarum conscium, sic insuper esse constitutum, ut legibus prorsus indigeat.

Etenim quaenam est hujus hominis natura? Quem ob finem non fuit ipse creatus? Et quibus potentiis indutus?

Creavit Deus hominem propter semetipsum, ut de suo ipsi elargiretur: atque idcirco tum corpore, tum voluntate, tum mente eundem exornavit. Iste homo proinde ita est constitutus, ut finem determinatum propositum sibi habeat a Deo certis pariter ac determinatis potentiis obtinendum.

Iste homo dominium insuper habet suorum actuum; ex quo fit ut ipse agere vel non agere possit, liber revera ac electionis capax. Haec est hominis cujuscumque constitutio, sive natura.

B.) Ex hac porro hominis constitutione causa quam maxima presto est nobis cur hominem dicamus legibus prorsus indigum.

Nam non omnis directio virium, non qualecumque virium exercitium ad statutum finem assequendum est accommodatum. Hinc enim est quod aliter militi, aliter opifici, aliter agricolae sunt vires exercendae.

Praeterea una eademque vis in se considerata a variis modis efficaciam suam exerere poterit, non tamen sub quibuscumque modis, ~~quibus ipsam efficaciam~~ suam exerceret, idem effectus haberetur....

Cum igitur certum finem homini esse propositum ac certas vires ipsi esse datas ad eundem finem obtinendum, res sit manifesta; constat pariter non quibuscumque modis, sed certis ac determinatis exercendas esse hominis vires, ut finis propositus obtineatur: constat nempe leges homini opus esse.

C.) Legibus indigere homo minime dicendus esset, sine ratione prorsus remaneret libertatis donum

Si enim quocumque modo, ac quibuscumque viis ad finem suum pervenire posset homo; si nempe omnes agendi rationes eundem parerent effectum, tunc nulla agendi ratio esset plus alia conveniens, tunc nihil posset alio praeponi, tunc omnia indiscriminatim idem valerent

At hac in hypothesi quale commodum, quae utilitas homini redundaret a libertatis exercitio? Nihil prorsus. Supervacanea sine legibus omnino esset hominis libertas

Homo igitur quem legem habentem, ac suarum legum conscium cognovimus quoniam certo fine ac certis viribus gaudet, legum etiam indigus [illegible]

Caput II
De Legum Natura

Articulus I.us
Cujus originis sint quas novimus existere Leges

Num. 1.
Inter Leges existentes complures habentur Leges Humanæ.

A.) Disputavimus hucusque de existentia Legum quodque ex nostra sententia tribus articulis satis superque confecisse videmus

Ast parum admodum hoc esset, si nuper nil diceremus de Legum existentium Natura; contra quam nostris maxime temporibus tot et tanta evulgantur, ut stomachum cordatis moveant, incautis vero laquea circumjaciantur.

Vel ipsius Ciceronis temporibus, ut ipse testatur, aliqui dictitabant = Equalia esse peccata et recte facta = (Paradox. III.); at multo post clarius adhuc dicebatur, teste Joanne Bapt. Vico: = Non v' ha diritto in natura = (Scienza Nuova. Vol. I. Principj). Nostris autem temporibus, ut scribit Ant. Pezzi: = Questi filosofi aggiunsero, che le azioni umane non sono in verun conto nè buone, nè cattive in se stesse, o vogliamo dire, intrinsecamente: sostennero, che tanto è uccidere proditoriamente sua madre, quanto una pulce; che è lo stesso sfamare un affamato, che abbeverare una pianta; che in somma si dicono buone o perverse le azioni, perchè vengono valutate arbitrariamente così = (Card. Ant. Pezzi. Lez. di Filos. Parte II. cap. 38. § 302.)

B.) Quacirca ut aliquo modo nostrorum temporum conditioni ac necessitati consulamus, inquirendum nobis est, an utique ab hominum opinione bonum et malum distinguatur vel natura.

Hic igitur in primis dicimus, inter leges, quas existere novimus, complures haberi, quas homines ipsi tulerunt; complures nempe inter existentes haberi leges humanas, demonstraturi postea leges etiam dari naturales

Ultra aliquis a nobis hic sibi expectat dicendum quoad leges positivo divinas, alias dictas supernaturales, quas nempe Deus homini condito, legibusque naturaliter instructo superaddere dignatus est. Nam de necessitate hujusmodi legum supernaturalium satis superque diximus in parte teorica de Religione pertractantes; de earundem autem legum existentia satis superque diximus in parte practica de Religione agentes

Addendum insuper est fore ut sub divinum disciplina in dies quam mutta hac de re disputanda sunt.

(C.) Leges porro haberi complures ab hominibus latas facile est videre.

Quot enim in dies eduntur libelli, in quibus ab hoc vel ab illo auctore methodi explicantur nuperrime excogitatæ, sive ad artes liberales, sive ad scientias naturales, sive ad Philosophiam melius addiscendam?

Et vero animadvertamus, ubique locorum et temporum homines fuerunt, et sunt religiosi: at cum una tantummodo possit esse Religio vera, ac homini conveniens, undenam tot et tanti cultus, tot et tantæ sectæ, tot et tantæ, quæ habentur inter homines superstitiones ortum habuisse dicenda sunt, nisi ab hominibus ipsis, qui si non veritatem creare, errorem effingere de cætero possunt?

Si denique adhuc ad particularia descendere velimus, quis est qui nesciat in quavis domo ac civitate, in quavis Republica, et Imperio, novas ac novas in dies ferri leges? Atque inter hujusmodi leges sunt ubique recensenda tum senatusconsulta, tum responsa prudentum, tum constitutiones principum, tum tandem tot ac tanti ætatis veteris ac recentioris codices.

Quidquid igitur adversarii mussitent contra legum naturam quod apprime nobis manifestum est, hoc est, complures leges haberi humanas inter existentes.

Num. 2

Inter Leges existentes dantur etiam Leges Naturales

(A.) — Inter leges insuper, quas existere demonstravimus, præter humanas, leges suasque Naturales dicimus haberi, hoc est homini ingenitas sive innatas, quas nempe secum portat a nativitate: et triplici quidem de causa.

Atque hoc affirmamus in primis ex eo quod actus humani sint totidem progressus ac quædam evolutiones.

Qua enim de causa huc vel illuc vadit homo? sive hoc vel illud operatur? Nullus profecto non respondebit, hominem sic se gerere, nisi in tantum, in quantum sibi arrideat sibi faciendum nisi in quantum velit. Sed qua de causa, liceat nobis iterum interrogare qua de causa sic ipse voluit? sive determinate desiderat? Nullus insuper non respondebit nisi in tantum aliquid determinate ab homine desiderari, in quantum illud sibi arbitratur convenire; nisi in quantum speciem habet bonitatis. Hæc haud difficile est cognoscere.

Sed quomodo sic judicaverit homo, nisi ideam bonitatis habuerit preconceptam: nisi lumine rationis adjutus: nisi ab eo procedendo, quod naturaliter habet? Dicat et

Tullius: = Quare cum bonum et malum natura judicetur, principia ad naturam refe-
renda sunt = (De Legib. lib. 1. cap. 17.). Et Joseph De Maistre: = I fondamenti della dimostrazione
esser devono naturalmente noti = (Veglie di S. Pietrob.). Omnis igitur actus humanus, cum ab
eo quod naturaliter est in homine procedat, necessario legem supponit naturalem. Qua de
re D. Thomam concinne scribentem placeat audire: = Omnis operatio rationis et vo-
luntatis derivatur a nobis ab eo, quod est secundum naturam. Nam omnis ratioci-
natio derivatur a principiis naturaliter notis, et omnis appetitus eorum quæ sunt
ad finem derivatur a naturali appetitu ultimi finis: et sic oportet quod prima dire-
ctio actuum nostrorum fiat per legem naturalem = (1. 2. quæ. 91. art. 2.).

B.) .... Dicimus secundo inter leges existentes leges etiam haberi naturales ex eo quod le-
ges dentur universales

Quemadmodum enim in articulo præcedenti demonstrabamus, ubique locorum et
temporum ab hominibus fuit acceptum, idem non posse esse et non esse; bonum esse desi-
derabile; naturam haberi divinam, quæ rerum dominatur; ac hominem esse sociabilem.
Hujusmodi veritates inveniuntur diffusæ in gentes ab invicem dissitas, et non raro sibi
invisas; hæc principia nec diuturnitate temporum, nec diversitate imperiorum, nec
hominum levitate veterascunt. Hæc sunt ex historia prorsus manifesta.

At, expostulamus nos, undenam ortum habuisse dicenda sunt hæc et alia prin-
cipia? Undenam, nisi a natura ipsa, quæ sola temporum ac locorum injuriis resistit;
quæ sola imperiis ac hominibus pereuntibus, eadem remanet: quæ sola est universalis?

Qua de re consonum nobis quam pulchre locutum Ciceronem ipsum audiamus,
qui utique ex eo quod leges inveniebat universales, idcirco easdem dicendas esse naturales
arbitrabatur: in libro enim de Natura Deorum scripsit: = Opinionum enim commenta
delet dies, naturæ judicia confirmat = (Lib. 2.). Nec dubitavit asserere contra hujus
veritatis Adversarios in libro de Legibus: = Hæc autem in opinione existimare, non in
natura ponere, dementis est; nam nec arboris, nec equi virtus in opinione sita
est, sed in natura = (Lib. 2. cap. 4.)

C.) Dicimus tertio inter leges existentes leges etiam Naturales haberi ex eo quod
legibus prorsus indigeat homo

Enimvero si homo, quem superius legibus cognovimus indigentem, legibus natura-
libus esset destitutus, tunc ejusdem hominis impotentia ad fines suos obtinendos soli
Deo esset attribuenda: tunc omnis dolor et ærumna, quibus ipse afficeretur, sine aliqua
sui culpa a Deo esset ordinata: tunc inter hominis vires earumque fines, defectus
ordinis ac proportionis ab ipsa Divina Sapientia proficisceretur.

At hæc omnia absurdum est dicere: neque excogitari possunt sine Creatoris
offensa. Quocirca merito quidam Poeta recinit:

Pensate voi, che l'uom formato appena
Di man della natura appena uscito,
A caso errasse, e senza legge o freno
. . . .

No, no, vano è pensar che il Fabbro eterno
Quale imbecille e timido sovrano
L'abbandoni allo stolido capriccio.

Aless. Pope saggio sopra l'Uo. Ep. 3

Quoniam igitur Deus est infinite providus, ideo dicendus est homo naturaliter ordinatus ad ea obtinenda, ad quæ fuit ipse creatus; ideo leges naturales existere debent, quibus possit homo necessitatibus satisfacere.

S. Prosper proinde sic hac super re hæsitantes alloquebatur:

Ite ipsi in ipsa penetralia mentis, et intus
Incisos apices, et scripta volumina cordis
Inspicite, et genitam vobiscum agnoscite legem

in carm. de Provid. n. 4

Numer. 3.

Præcipua resolvuntur momenta legem naturalem adversantium.

1.) Sed omnem in partem sese vertunt adversarii, ut, si fieri posset, vel ipsum nomen Legum Naturalium tollerent e medio earum legum, quas existere evicimus.

Perperam recurrites ad Naturam, objiciunt nobis, explicandi gratia illam quam habent leges universalitatem, cum ab educatione ipsa effluere potuerit.

Sed male argumentantur: primo quia recursus, quem ipsi faciunt ad educationem, ut legum universalitatem explicent, nodum difficultatis aufugit, minime solvit. Semper enim remanet sciendum, si a natura vel ab homine factum fuerit ut sic docerentur homines, quemadmodum populum Antiochenum alloquebatur S. Chrysostomus: = Si parentes, ajebat, a majoribus natu legem didicerunt, et illi quippe a majoribus, et rursum a superioribus isti, qui ergo ab initio primi fuerunt, a quibus didicerunt? = (Ho. 12. ad Pop. Antioch.)

Male argumentantur secundo loco, quia per educationem utilia comparari possunt homini non necessaria; quia cum leges habeantur universales, educatio nonnisi partialis habetur. Tunc in tantum juvat educatio, in quantum ipsa legibus juvatur naturalibus: = Cooperando coi principj naturali della mente, ajebat Dugald Stewart, egli è che la educazione produce i suoi effetti = (Comp. di Filos. Mor. Parte 2. c. 1. sez. 6. art.

Tantum igitur abest ut ab educatione universalitatem suam consequantur leges, potiusquam a natura, quod e contra legibus ipsis innititur educatio, easque supponat. Unde Jacobus Abbadie: = A parlar propriamente, si può dire che la educazione è innestata ovvero aggiunta alla natura = (Verit. della Ver. della Rel. Cr. p. 2 cap. 6).

B.) Instant Adversarii, et dicunt: si dantur leges Naturales, si quae essent principia omnibus hominibus communia, cur omnes pariter homines eundem usum non faciunt hujusmodi legum? Posita enim eadem causa idem habetur effectus.

Sed iterum male argumentantur: concedimus nos utique adversariis, quod posita causa physica et plenaria idem habebitur effectus qui alibi per ipsam obtinetur. Sed toto caelo, quam pertractamus, materia, a tali differt conditione.

Nam principia communia, sive leges Naturales sunt utique totidem initia actuum humanorum, sive totidem elementa: sed homo potest iisdem abuti cum libertate sit donatus. Haec ipsa principia insuper per se sola non concurrunt ad hominis perfectionem: educatione enim opus est, ac quodam impulsu externo ut iisdem utatur homo: atque hinc evenit, ut malis moribus principia ipsa veluti restinguantur, ac nonnisi depravatos flores producant.

Merito proinde Abbadie superius laudatus scripsit: = Tutti gli uomini non hanno i medesimi pregiudizj; ma tutti hanno una medesima coscienza. La educazione dirige e sconvolge i moti di essa coscienza; ma non ne produce mai il fondo o la causa = (ibid.)

Etiamsi igitur tanta appareat diversitas in humanis actionibus nihil tamen legibus naturalibus hoc obest.

C.) Objiciunt tertio contra existentiam legum Naturalium, dicentes: Ideo leges hujusmodi dari non posse, quia nonnisi sero a nobis cognoscuntur, quas leges appellamus Naturales.

Sed prorsus inepte, ut in sequentibus praeclari Viri De La Luzerne verbis, cuique videri potest.

= Si pretende, ajebat, che quello che è della natura di un essere, sia in esso fino dai primi suoi momenti. La falsità dell'asserzione e il sofisma dell'argomento non sono difficili a rilevarli =

= Un essere può avere nella sua Natura delle proprietà, che non vaglia a dispiegare se non in capo a qualche tempo. Vedonsi forse gli alberi sviluppare fin dal loro cominciamento foglie, fiori e frutta? Eppure nessuno negherà loro la proprietà di portare frutta =

= Per simil modo vi ha nell'uomo facoltà corporali e spirituali che naturali gli sono, e che non si palesano con degli atti se non in capo a un certo tempo

gli è naturale il vedere e il camminare: nè perciò al momento della sua nascita e=
gli vede, nè comincia a far qualche passo, se non dopo qualche tempo =.

= Alla stessa maniera il giudizio ed il ragionamento con che egli i principj morali conosce, non si sviluppano che con l'età = (Bo da Lug. Dispensa. sulla legge Nat. cap. 2. art. 1. n. 18).

Nil obstat igitur, cur Legum Naturalium existentia homini sensato evidens prorsus sit dicenda.

Articulus II.

Cujus indolis, sive characteris sint quas novimus Leges.

... cum 1

Utrum Leges quibus cognoscimus corpus respiciant vel animam, aut utrumque.

(1). Hac super re in plures ac quidem oppositas Philosophi abierunt sententias.

Ii enim cognoscendi leges, non in hominis anima insculptas; sed in corpore existere dixerunt, habentes ipsi animam tanquam tabulam rasam, in qua nihil extat scriptum: ac proinde solis sensibus corporis = Eorumque regulis omnia quæ discuntur, metienda esse consueverunt = (D. Aug. de Civ. D. lib. VIII), sive = Omnem nostram cognitionem fieri per solam immutationem a sensibilibus = (D. Tho. 1. quæ. 84. art. 6.). Hoc systema, quod apud antiquos viguit, ac in oblivionem venerat, e cineribus revocavit Ioan. Lockius: meritoque appellatur Sensualismus, ejusque sectatores Sensualistæ.

Illi e contra cognoscendi leges non in hominis corpore, sed in anima existere dixerunt, habentes ipsi corpus, ejusque quinque sensus prorsus superflua ac inutilia ad cognitiones obtinendas. Hoc systema, quod vigebat apud veteres ac in oblivionem venerat, præ aliis illustravit Germanus Kantius: meritoque appellatur Spiritualismus et Idealismus: ejusque sectatores Spiritualistæ, et Idealistæ.

Alii denique cognoscendi leges (~~non in hominis corpore, sed in anima existere dixerunt, habentes ipsi corpus, ej~~) et corporis et animæ proprias esse dixerunt: = Hi discreverunt ea quæ mente concipiuntur ab iis quæ sensibus attinguntur; nec sensibus adimentes quod possunt, nec eis dantes ultra quam possunt = (D. Aug. ut supra)

Proindeque alii Caput tantum alii tantum Animam alii utrumque tradiderunt ... cognoscendi

(3.) De quibus opinionibus ne verbum quidem faceremus, si eædem prorsus indifferentes essent ... speculativis ac practicis sed et tempus et verba ipsa quodammodo deficiunt ad singula mala describenda, quæ cum ejus connectuntur opinionibus.

Et re quidem vera systema Lokianum est in primis falsum. Si enim solę impressiones corporis animę sufficerent ad cognoscendum, tunc pariter audire sufficeret homines in omnibus linguis loquentes, ut ab unoquoque audientium intelligerentur: tunc nullum verbum, nisi univocum, nisi concretum nisi singulare. Sed omnibus manifestum est quomodo in dies in contrarium res eveniant. Apparet secundo loco hoc systema insufficiens prorsus ad explicandas animę operationes: cum enim nulla scientia habeatur nisi per demonstrationem: et nulla demonstratio nisi per deductionem; et nulla deductio nisi per pronunciata: vel nulla scientia est animę humanę concedenda; vel si concedatur Sensismus insufficiens prorsus habendus est in explicatione scientiarum. Merito proinde tradebat Del Maistre: = Per esso la ragione ha perdute le sue ali, e si trascina come un rettile fangoso = (Veglie di S. Pietrob. vol. 1 trat. 6) Tertio loco periculis plenam ac prorsus noxium hoc systema apparet. Etenim nihil aliud nisi corporeum nisi separatum corpus nostrum afficiens, ad summum de corporum existentia; deque individuis in hoc systemate cognitio possibilis esset: proindeque quidquid est spirituale ac relativum prorsus imperviam menti nostrę remaneret: atque sic omnis notio sive Dei, sive virtutis periret necesse esset. Merito proinde prefatus Auctor postquam dixerat: = Loke ha scatenato il materialismo col suo sistema =, concludit: = Il Sensibilismo è il più grossolano e il più vile fra gli errori = (ut sup.)

Nisi minus fallor, nec minus erronea apparet nobis Kantii sententia. Falsa est enim in primis, nam communiter homines a cognitione particularium transeunt ad cognitionem universalium atque a cognitione corporum sive extensorum ad cognitionem veniunt spirituum sive simplicium entium: secundo loco apparet insufficiens: si enim particularia nequeunt gignere universalia, nec in ipsis universalibus causa sufficiens est invenire particularium. Tertio loco, si omnia metienda sunt ex animę spiritualibus formis, tunc omnia cognitionum nostrarum objecta totidem essent mentis cogitantis modificationes, ac prorsus cum anima ipsa confunderentur: quod omnem sive pietatis sive virtutis esset eversivum.

= Dunque tanto il Sensualismo, che lo Spiritualismo condurrebbero l'uomo in braccio alle più dannose assurdità = (Schizzo intorno ai principj d'ogni filosofia di P. N. Z. S. Milano 1824.)

A quibus consequentiis profecto abhorret tertia sententia: quę tamen cum animam in nobis inducere videatur nunc per sensus, nunc per ideas cognoscentem, ita ut quodammodo solis corporis sensibus eam prędicet corpora cognoscentem, vel solis ideis spirituales res omnino non attingere[?]

Quid igitur erit hac de re quod profitendum arbitramur?

uxta nos nil anima corporeum agnoscit sine idearum adjutorio; nec aliquid spirituale cognoscit sine aliquo corporis concursu, sive hoc fiat per impressiones corporum sive per strepitum verborum, sive per memoriam eorundem.

Atque hoc tradimus ex eo quod homo ex unione corporis et animæ exurgat. [illegible] etiam in laudato opere legimus de corpore et anima hominis. = Questi due esseri sono unitissimi tra di loro; lo spirito è modificato dalla materia, e questa da quello senza che se ne possa concepire il come.... Posto l'uno è posto necessariamente anche l'altro; ma non è che l'uno produca l'altro. I filosofi sino ad ora non fecero altro, che dividere ciò che in natura esiste unito = (Schippa ibid.). = Quale dunque sarà il vero sistema [illegible] che possa [illegible] per le cognizioni e per le azioni dell'uomo? A mio avviso l'unione del materialismo collo spiritualismo = (Id. ib.)

Huc etiam tendit maximus inter Philosophos Germanos qui adhuc vivunt Schelling. = L'idealismo è l'anima della filosofia, inquit ipse; il realismo ne è il corpo: e solamente riunendoli può formarsi un tutto, il quale abbia vita = (Progresso delle scienze. Vol. 15. Quaderno 19. pag. 21. Napoli 2. Feb. 1837).

Proindeque cognoscendi leges ex nostra sententia non corpus tantum, ut Sensualistæ arbitrantur vel solam animam ut Spiritualistæ docent, sed totum hominem sed corpus et animam, sed conjunctum respiciunt.

Numer. 2.

Utrum leges, quas existere novimus sint alicui exemplari conformes; [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

---

1) Respondebimus huic quæstioni diversimmode ex eo quod diversas jura complectatur leges, naturales nempe et humanas.

Atque in primis verba facientes de lege naturali, cum naturæ Deus sit auctor, et Divinæ Providentiæ omnia quæ in rerum natura sunt dicimus [illegible] [illegible] naturalem esse Divinitus regulatam sive Divino exemplari conformem; [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sive typum.

Unde S. Augustinus [illegible] = Lumen intellectus nostri nihil aliud [illegible] quam quædam impressio Veritatis primæ... seu quædam participata similitudo luminis increati, in quo continentur rationes æternæ juxta illud Psalmi (4. 7.) = Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine = (Apud D. Tho. 1. p. 84. art. 5). Quod sequenti similitudine S. Pater quam pulcre illustrabat: = Sicut imago ex anulo in ceram [illegible] et anulum non relinquit = (S. Aug. lib. XIV. de Trin. cap. XV).

[illegible] omnino [illegible] est legem ipsam naturalem quandam aliam habere [illegible] dependentem utique ab illa æterna et divina, quæ tamen eadem est ejus-

tialis ac prorsus necessaria.

Haec autem altera legis naturalis norma consistit tum in natura finium ad quos lex ipsa dirigit, tum in natura potentiarum, quas lex ipsa dirigit.

Pro diversitate enim tum finium tum virium exercendarum continuo architecti aedificiorum formam sive typum variantur atque immutant. Quod si jure ac merito intuitu primae normae lex naturalis dicitur = Quaedam participatio legis aeternae =; jure pariter ac merito intuitu hujus secundae normae lex ipsa definitur = Ordo rerum in suos actus et fines =

Et de secunda hac norma legis naturalis loquens D. Aquinas sequentem sententiam protulit memoratu dignam = Omnis ratio operis variatur secundum diversitatem finis et eorum quae operationi subduntur = (Cont. Gent. lib. III cap. 3.).

Lex igitur naturalis duplicem [illegible] normam, increatam [illegible] quae est lex aeterna, et aliam creatam quae est natura finium et potentiarum: quod paucis verbis sic exprimebat Card. Zeferino González: = I mezzi dati dal Creatore per arrivare ad un fine, hanno certamente dei rapporti e con quello che li somministra, e con l'oggetto pel quale li somministra e con gli esseri ai quali li somministra =, (Saggio sulla legge natur. cap. 4 n. 10).

C.) Lex autem humana, ut possit esse directiva actuum ad finem, imprimis legi naturali, et consequenter divinae esse debet conformis: causae enim contingentes et secundae in tantum bene operantur, in quantum Causam primam participant.

Quam, ut uberius rem ipsam demonstremus, sic cum Aquinate dicemus: = In omnibus moventibus ordinatis oportet, quod virtus secundi moventis derivetur a virtute moventis primi: quia movens secundum non movet nisi in quantum movetur a primo. Sicut in artificialibus ratio actuum artificialium derivatur ab Architectore ad inferiores artifices qui manu operantur. Cum ergo Lex aeterna sit ratio gubernationis in supremo Gubernante, necesse est quod omnes rationes gubernationis quae sunt in inferioribus gubernantibus a Lege aeterna deriventur = (I. 2, [illegible] 93).

= Unde omnis lex humanitus posita in tantum habet de ratione legis, in quantum a Lege naturae derivatur. Si vero in aliquo a lege naturali discordet, jam non erit lex, sed legis corruptio = (id. ib. qu. 95. art. 2.)

Propter hoc Tullius dicebat, quod = Initium juris est a natura profectum = (In sua Rethor. lib. 2. Invent.): propter hoc Augustinus dicebat, quod = In temporali lege nihil est justum ac legitimum, quod non ex lege aeterna homines sibi derivaverint = (De lib. arbit. lib. 1. cap. 6.): propter hoc concludimus cum Helvetico Wiss, = Essere ogni specie di diritto sottoposto in ultima analisi al diritto naturale = (Princ. Filos. [illegible]).

Ex quibus colligimus insanire Hobbesium, qui aut nullum esse jus volebat, vel ab interesse individui mensurandum esse docebat: colligimus secundo falli Grotium, qui etiamsi Deus per impossibile non esse, jus tamen dari debere dicebat: colligimus tertio falli Puffendorfium, qui omnem legem ab ea, quæ in hoc Mundo haberi potest felicitas derivari tradebat.

Numer. 3.

Utrum leges quas existere novimus possint mutari.

A.) Huic pariter quæstioni diversimode respondemus, cum ipsa respiciat leges naturales et humanas.

Si igitur sermo sit de lege Naturali, utpote descendens a lege æterna, utpote naturæ tum humanæ cum rerum accommodata, utpote proinde ad hominis perfectionem necessaria, de illa dicimus quod proinde sit immutabilis: hoc enim tum sapientia, tum bonitas Dei exigit.

Merito proinde a Cicerone dicebatur = Vera lex naturæ congruens, diffusa in omnes <u>constans</u>, <u>sempiterna</u> = (De Rep. lib. 3.).

B.) Si vero, per mutationem intelligamus quidquid etiam legi ~~super~~naturali divinitus superaddi potest, hac in hypotesi = Nihil prohibet legem naturalem mutari = (D. Tho. 1. 2 q. 94. 5.)

Hoc in sensu quævis lex positiva divina superaddita legi naturali speciem haberet alicujus mutationis.

Remanet tamen semper verum leges naturales in se spectatas immanentes prorsus esse: ac proinde fit ut discerni possint miracula, quæ totidem sunt operationes ultra leges naturales.

C.) Lex e contra humanitus posita omnino est mutabilis; et quidem duplici ex causa.

Primo quia naturale est rationi: = Ut gradatim ex imperfecto ad perfectum perveniat. Unde videmus in scientiis speculativis quod qui primo philosophati sunt, quædam imperfecta tradiderunt, quæ postmodum per posteriores sunt tradita magis perfecte. Ita etiam et in operabilibus = (D. Tho. ib. quæ. 97 art. 1.). Secundo lex recte mutari potest propter mutationem conditionum hominum, quibus secundum diversas eorum conditiones diversa expediunt = (id. ib.)

Sic igitur quomodo et quando mutari possunt leges, quas existere novimus

Articulus III.
Cujus sit jus ferendi Leges.

Num. 1.
An potestas legislativa sit singulis hominibus essentialis.

A.) Postremis temporibus hac super re in oppositas Philosophi abiere sententias. Plerique cum antiquis nullum concedunt homini jus ferendi leges; alii oppositam tuentur sententiam.

= Wicklefus (obiit an. 1384) ut verbis utamur viri celeberrimi De Bonald = Non vide nel Potere che l'uomo; sostenne che l'istesso Potere politico non è buono, se non quando è buono l'uomo stesso che lo esercita; e che una donicciuola in stato di grazia ha maggior diritto a governare d'un principe sregolato: quindi attribuiva ai sudditi il diritto di censurare l'autorità pubblica, di giudicarla e sollevarsi coll'armi contro di lei. Giovanni Huss così pure dogmatizzava (nel 1404). Sotto il regno poi di Sigismondo di Luxembourg, Imperator d'Allemagna (fu eletto l'an. 1410.), e co' suoi auspicj si videro comparire i primi lumi della politica. Commentò Lutero (nato nel 1484.) quelle dottrine; le estese Calvino; e ne le spinsero i Filosofi alle più forti conseguenze. Di lì le dottrine del potere convenzionale e condizionale di Tommaso Hobbes, e di Loke, e il contratto sociale di G. Giacomo Rousseau = (Legisl. prim. to. 1, p. 10.).

Immo ut idem testatur = i diritti dell'uomo furono il testo delle Costituzioni francese del 1789 = (ib.). Atque hic et nunc Parisiis ex cathedra doctrina hujusmodi propugnatur.

B.) Sed post antiquos hujusmodi Novatorum doctrinam oppugnamus, ac diros devovemus. Quam merito enim praeclaris Vir De La Luzerne, qui sequuntur expressit sensus. = Il diritto di comandare, inquiebat, e l'obbligazione di obbedire sono due idee correlative: l'una importa necessariamente l'altra = (Dissert. sulla Legge natur. c. 1. n. 2.). = Per conseguenza l'obbligazione suppone due esseri distinti: l'uno che la impone e l'altro che la subisce = (ib. n. 2.) Ubi praemissis sic concludebat: = La Legge dee essere portata dal superiore da eguale ad eguale non vi può aver luogo a precetti; non si posson dare, che consigli (ib. n. 2).

Nullus igitur hominum cum eadem sit omnium hominum natura, potestatem habet leges ferendi.

Quod melius adhuc adversus Novatorum Sodalem Franciscus Boaretti demonstrat in Dissertatione, quam inscripsit = Dell'origine della Sovranità = . In qua disputatione praeter alia multa sequentia scripsit verba: = Dio è un Essere essenzialmente ed assolutamente

indipendente, e l'uomo perchè creato e perciò anche conservato da Dio è essenzialmente ed assolutamente dipendente. Dunque la intrinseca e necessaria indipendenza compete per essenza a Dio, e l'intrinseca e necessaria dipendenza compete per essenza all'uomo =

Ma l'assoluta ed intrinseca indipendenza esclude qualunque obbligo e l'assoluta ed intrinseca dipendenza esclude qualunque diritto =

= Dunque in Dio vi è soltanto tutto il diritto, e non vi è alcun obbligo; e nell'uomo vi è soltanto tutto l'obbligo, e non vi è alcun diritto. Dunque in qualunque stato sia l'uomo, o individuale o sociale, è sempre in uno stato di obbligo, il cui corrispondente diritto è in Dio. Quindi l'uomo non ha diritto alcuno originario sull'altro uomo =

.... Quibus verbis quid brevius ac fortius eodem tempore desiderari possit, nos profus latet.

(C.) ... Sed aliquis fortasse nobis objicere posset in periculo vitæ hominem constitutum potestatem habere occidendi aggressorem suum.

Cui objectioni iterum audiamus respondentem jam dictum Boaretti inquit ipse = Se B. assassino voglia uccider A., non avrà questi diritto di uccider B.? Non mai. Vi ha obbligo di uccider B, perchè nell'individuo A, vi è obbligo essenziale di conservar la vita non sua, al vero ed assoluto di lei padrone; e perciò vi è obbligo di far valere il diritto non già suo, ma del Padrone =.

= Quindi l'uomo è tanto l'esecutore degli obblighi ad esso essenziali, quanto l'esecutore è ministro del diritto di Dio: egli ha obbligo originario, non mai originario diritto di porre in uso = (ibid.)

Quocirca, loquamur iterum cum percelebri De Bonald: = Geremia Bentham le dottrine sul potere di Hobbes e Locke, ed il Contratto Sociale di Rousseau, chiama pure finzioni, che esistono solo nell'immaginazione de' loro autori, balocchi, che conviene lasciare ai ragazzi = (ibid. et seq. pag. 88.)

Nullum jus igitur originale habent homines ferendi leges aliisque imperandi

Quæstio. 2

Utrum Populus sit principum Inditor ac Creator.

(A.) Juxta De Bonald minister protestanticus Jurieu fuit primus, qui in medium protulit = la sovranità popolare =.

Ex nostro quoque acerrimus hujus opinionis propugnator, fuit notissimus Europæ Lafayette: iste anno 31. sic Parisiis: = In Europa esistono due principj; dall'una parte il diritto divino dei Re; dall'altra il diritto sovrano dei popoli; dall'una parte

arbitrio e privilegi; dall'altra libertà ed eguaglianza.... Io dico il diritto della nazionale sovranità, il germe della libertà e dell'indipendenza, di cui siamo capi, ed alla quale sta essenzialmente attaccata la nostra esistenza = (Foglio di Francfort n. 40. 9. Feb. 1831.).

Et facile intelligitur plurimum referre rectam hujus quæstionis resolutionem quam præclarissimus vir De Maistre dicere non dubitavit. = Oggetto il più importante, il più sacro, e il più fondamentale del Mondo Morale e Politico = (Saggio sul princip. generatore delle costituz. polit. n. 47.)

3.) Ne igitur jejuni remaneamus tanta super re, dicimus populum reges nullimode creare, sed tantummodo eligere; et propositionem contrariam habemus veluti rationi, Deo ac temporali bono inimicam.

Ubi enim ex ratione est manifestum, nullum ex hominibus jus habere aliis imperandi: ratio ipsa dictat, nec omnes homines simul sumptos potestatem habere reges creandi: nam ut Boschovichius ajebat: = summa nihilorum utcumque infinitorum est nihil =

Deum autem extensus offendit hæc nonnullorum politicorum opinio quatenus homines subtrahit ejus imperio: dicebat proinde præclarus Vir De Bonald: = Sovranità di Dio, sovranità del Popolo, opinioni celebri, l'una esclusiva dell'altra = (Legisl. prim. to. 3. cap. 2.).

Nam maxime tandem dicimus hanc opinionem populis noxiam ac funestam, quoniam tunc reges nil aliud essent quam totidem ministri suorum subditorum, quam totidem magistratus, quorum subsistentia ab arbitrio esset dependens ipsorum subditorum. Quod sine dubio januam aperiret, ac occasionem præberet tyrannidi a parte regis, et anarchiæ a parte populi: conditio prorsus terribilis quæ perniciosiores consecraret abusus.

Ne igitur vel rationi vel Deo, vel interesse nostro simus inimici, omnem potestatem populo creandi reges adimamus oportet.

Sed tantummodo concessam volumus populo, qui careat, in eorum potestatem sibi eligendi regem.

Quæ utique potestas non creat ordinem, minime necessitatem constituit gubernii, quæ a natura ipsa manat. Nam, ut ajebat Aquinas, = Socialis vita multorum esse non posset nisi aliquis præsideret, qui ad bonum commune intenderet = (1. q. 96. a. 4.)

Quocirca memoratu digna, quæ sequuntur sunt præclarissimi Viri verba — L'origine della Sovranità deve sempre trovarsi fuor della sfera dell'umano potere, a segno tale che gli uomini stessi i quali sembrano ingerirsene direttamente, nondimeno altro non sieno, che circostanze = (De Maistre Saggio sul princip. generat. delle Costituz. politiche)

Numer. 3

Cujus igitur sit jus ferendi Leges.

A.) Quibus præmissis præsentem articulum concludimus dicentes, omne jus ferendi leges ad Deum O. M. tantummodo spectare per se, ac necessitate suæ naturæ.

Quam pulchre igitur laudatus Scriptor ajebat: = E' scritto: <u>son io che faccio</u> i Monarchi: = Per me reges regnant = (Prov. 8. 16.) Questa non è già una frase di Chiesa, nè una metafora di predicatore; è la verità letterale, semplice e palpabile = (vide ivi. prefaz.).

Quod brevius adhuc S. Paulus Ap. verbis expressit = Non est enim potestas nisi a Deo = (Rom. 13. 1.).

B.) Jus habent secundo loco leges ferendi deducendas a legibus naturalibus illi Magistratus, quos vel ipse Deus immediate per se posuit, vel mediate per electionem subditorum ad alios regendos elegisset.

In tantum enim concordant populi in aliquo homine sibi eligendo in regem, quatenus rationis lumine ejus necessitatem cognoscunt, quatenus voluntatem habent rectam, quatenus principiis subduntur naturalibus.

C.) Atque hoc in sensu ipse Deus apparet sibi eligens Ministros, ut suam vicem gerant in aliorum gubernio.

Hinc utique veritas patet illius Salomonis sententiæ: = Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt: per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam = (Prov. 8.).

Bravo!

Unde merito digna sunt, quæ repetantur sequentia verba: = Si, dall'alto discende ogni sovranità; ed ecco ciò che rende facile ed onorevole l'ubbidienza. Una Filosofia tutta materiale al contrario fa germogliare dalla terra la sovranità; e quindi la sommessione, ch'essa ottiene non è che violenza e schiavitù = (Dei Principj etc. cap. 13.)

Caput III.

De Actionibus, quas Leges exigunt,

sive

De Officiis.

Articulus I.

De Officiis Hominum in genere.

Num. 1

Quale sit Officium primum.

1) Ad intelligendum quod sit officium primum hominum pauca advertemus.

Ex dictis nobis constat, Deum essentia sua supremum in nobis habere Dominium igitur, cum nos naturaliter simus totidem divinitatis servi, ipsi Deo servire debemus

3) Quinimmo cum toti quanti sumus, a Deo solo simus, consequens est, nobis esse Deo inserviendum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex cunctis nempe viribus.

Hinc veritas apparet illius dicti: =Nemo potest duobus dominis servire =.

2) Postrema cum leges sint divinitus datae, veluti totidem viae, per quas ad finem nostrum pervenimus, qui ipse Deus est, patet etiam nos servire debere Deo, adhibentes quas habemus vires, juxta voluntatem suam; secundum proinde leges, quas ipse nobis indidit.

Primum igitur officium, quod omnes homines indiscriminatim respicit, est totalis dependentia a Deo

Num 2.

Quale sit secundum Officium.

4) Nec difficilius est invenire alterum officium huic secundum

Et revera etiamsi homo sit naturaliter cognoscendi capax, nullam tamen obtinet cognitionem certam ac determinatam sive Dei, sive virium suarum, sive legum naturalium, nisi verbis adjutus. Verba enim, ut alibi dictum

est a nobis. sunt veluti totidem scintillæ, quibus mens hominis excitata ad cognoscendum particulariter devenit. Huc redit illa Pauli sententia: = Fides ex auditu =

B.) Sed verba non sonant quin proferantur: sermones non habentur sine dicente. Præter verba igitur requiruntur etiam verba proferentes, sive Magistri: quod idem Paulus indicabat illis verbis: = Quomodo autem audient sine prædicante =?

C.) Nec ipsi tandem sufficerent Magistri sive Magistratus, quando eisdem non haberetur fides, quando obsequia non afficerentur.

Ut igitur homines servire valeant Deo, alterum ipsorum officium est dependentia a Magistratibus.

Numerus 3.

Quale sit tertium Officium.

1.) Tertium tandem officium est quod singulos respicit homines.

Nam ut Deo servire valeamus per educationem requiritur, ut existamus, nam ut D. Aquinas tradebat. — Prius est esse quam operari =

2.) Ut autem quam habemus existentiam in dies protrahere valeamus, nonnulla requiruntur adminicula, sive propter existentiam individui, sive propter existentiam speciei.

Verbi gr. alimenta, vita socialis et alia.

3.) Hæc autem adminicula sponte sua nostris indigentiis præsto non sunt; sed permulta requiruntur tum ad homines alendos, tum ad procreandos, quæ nonnisi hominum ipsius concursu comparantur.

Ut igitur Deo servire valeamus per educationem, tertium officium est conservatio nostri ipsius.

Articulus II

De Officiis Magistratuum in genere.

Num. 1

Quibus qualitatibus Magistratus gaudeant oportet.

1.) Prima qualitas, qua gaudere debent Magistratus, ex sententia nostra, est similitudo sive conformitas cum legibus naturalibus.

Hæc primo requiritur in persona Magistratuum ratione originis. Cum enim nemo alius hominis possit dominari, tunc recte aliquis erit præses, sive Magistratus,

cum vel a Deo immediate fuerit electus, vel mediate per homines illum eligentes secundum naturæ principia. Hoc in sensu ajebat Apostolus: = Quomodo prædicabunt nisi mittantur? =

Justitia in secundo loco requiritur in persona Magistratuum ratione finis cujus gratia eorum dignitas est necessaria. Cum enim homines ut Deo inservire valeant opus habeant educatione in hunc finem omnem suam sollicitudinem referant oportet omnes omnino Magistratus

= Cuicumque incumbit aliquid perficere, ajebat Aquinas, quod ordinatur in aliud sicut in finem, hoc debet attendere, ut suum opus sit congruum fini; sicut faber facit gladium ut pugnæ conveniat = (De Regim. Princ. lib. 1. cap. XV.).

Duplici hac de causa justitia gaudeant necesse est omnes quicumque Magistratus.

Qualità dovuta da Ministri: Giustizia vera.

B.) Secunda qualitas, qua Magistratus gaudere debent est Sapientia

Quamvis enim sit in hominibus innatus cognoscendi amor attamen educatione tantum fit, ut intelligant necessaria ad fines suos obtinendos et notum est illud Salvatoris effatum: = Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt =. Hinc merito Psaltes Magistratibus dicebat: = Erudimini qui judicatis terram = (Ps. 100.). Malachias vero = Custodient scientiam = (Malach. 2. 7.)

Dicimus autem necessariam illis Sapientiam cum Scientia sit de temporalibus; Sapientia autem etiam de æternis. Atque huc utique redit illud Christi dictum, quo Scientia sine Sapientia inutilis fere appellatur: = Quid prodest homini si Mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur =? Non può dirsi, ait, proinde quidam, non può dirsi avere un padre di famiglia adempiuto a tutti i suoi doveri allorquando ha provveduto alla fisica educazione de' suoi figli, poichè ciò non riguarda se non la parte animale: rimane la vita dello spirito, la più importante cioè e la sola, per cui l'uomo dal bruto distinguesi = (Il Maggior Disp. Princip. Filosof. 7. Vol. 2. della Società Civile.).

C.) Gaudeant tandem necesse est Magistratus, vi coactiva, qua excitare possint sibi subditos ad operandum juxta leges.

Verum quidem est, quod, ut Aquinas loquitur; = Vis cognoscitiva movet appetitivam repræsentando ei suum objectum = (1. 2. q. 40. a. 2.): attamen non minus verum est, quod caro concupiscit adversus spiritum = (Gal. V. 17.); quodque magis sumus proclives ad malum, quam ad bonum facilius erramus, quam quod cognoscamus; meliora videmus et probamus, et deteriora sequimur; et ipsa corporis corruptio neminem latere potest.

Quinimmo = Natura humana magis est corrupta quantum ad appetitum boni, quam quantum ad cognitionem veri = (D. Tho. 1. 2 qu. 109. a. 2).[b] Quare in Magistratibus si vis coactiva exigitur ad homines excitandos ad veritates inquirendas; major adhuc vis requiritur ad passiones eorum infrenandas. I rispettabili principj dell'ordine e della virtù, quidam proinde ajebat, non essendo bastanti a contenere le anime vili, fu necessario tenerle a freno coi vergognosi mezzi del timore, e di qui l'origine dei supplizi = (Pess. Principii etc. Vol. 2. origine della società).

Magistratus igitur ex nostra sententia, justi sapientes, et fortes sint oportet

Numer. 2

In quibus præcipue negotiis operam suam dent oportet Magistratus.

A.) Hæc sunt negotia, in quibus se exercere debent præcipue Magistratus.

Quoniam prius est esse quam operari, operam suam primo dabunt Magistratus, ut sibi subditi vitam vivant.

B.) Quoniam autem = Cognitio prævia est dilectioni; non enim diligitur nisi cognitum = (D. Tho. 1. 2 qu. 3 art. 4), Magistratus operam suam in hoc debent ut sibi subditi edoceantur.

C.) Præterea quoniam = Non è che un cominciamento il dire che cosa debba farsi, fa bisogno impegnare alla esecuzione = (De La Luzerne Istruz. Pastor. sopra l'Eccel. della Relig.e). Excitabunt igitur tertio loco Magistratus sibi subditos ad volendum ea quæ legis sunt.

In tribus præcipue tribus negotiis suam impendant operam Magistratus.

Numer. III.

Qui sint præcipui actus Magistratuum:

A.) Ad tria reduci possunt Magistratuum officia

Officium primum est regere secundum leges naturales: aliter facere esset tirannis

B.) Officium secundum est in regendis subditis exemplo ac verbo uti ab infantia: in illa enim ætate facilius instituuntur homines: hinc est illud proverbium: Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua: etiam cum senuerit non recedet ab eo

C.) Tertium vero officium est correctio: cujus duo sunt actus judicium nempe et justitia

Hinc illud Taciti dictum: = Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt = (Hist. lib. 4. c. 74.) = Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus = (Prov. 27. 5.). = Corripe proximum antequam comminerys = (Eccli: 19. 17.). = Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem: juvenes ut fratres: anus ut matres: juvenculas ut sorores in omni castitate = (Ad Tit. 6. 5.)

Articulus III.

De Officiis Subditorum in genere.

Quæst. 1

Quæ sint præcipua Subditorum munera.

---

1) Ad tria capita subditorum munera sua erga Magistratus reducuntur

Debent ipsis in primis reverentiam, quia vices Dei gerunt, (Rom. 13) quia sunt Ministri Dei; propter Deum semper quem ipsi repræsentant.

Sed majori reverentia illi Magistratus sunt afficiendi, ad quos finis pertinet universalis; secundo loco illi sunt reverendi, a quibus ad fines secundarios instituimur atque ordinamur. Hoc in sensu ajebat Christus = Qui amat Patrem aut Matrem, plus quam me, non est me dignus

2) Debetur secundo loco Magistratibus obedientia idest legibus quas ipsi tulerint

Hac tamen conditione, ut si eodem tempore aliquid lex naturalis, et aliquid lex humana imperaret, prius illi est obtemperandum.

Nec quis putaret obediendum esse regibus ac principibus tantummodo ad oculum ad vitandas nempe pœnas inobedientibus infligendas; sed serviendum est illis secundum conscientiam, propter timorem nempe Dei ipsius: = Qui enim potestati resistit ajebat Paulus, Dei ordinationi resistit =

3) Debent tertio loco subditi auxilium præbere principibus suis: pars enim concurrat necesse est ad bonum totius.

Quod tamen interrogati præbebunt, sive consilio sive opibus, sive persona

= E' giusto di sacrificare una parte de' suoi averi per godere con sicurezza dell'altra: la società deve un onesto necessario sostentamento a chi si dedica intieramente al suo servizio. al Magistrato che veglia sulla vita, sull'onore, sulle sostanze de' suoi concittadini; al soldato che le difende contro lo straniero col pericolo de' suoi giorni all'Ecclesiastico che istruisce e guida il popolo nella via dei doveri = (Reip. Drine. Vol.

Reverentiam igitur, obedientiam atque auxilium, praecipue debent subditi Magistratibus suis

Numer 2.
Quid debeant Subditi sub Tyrannide constituti:

A.) Subditi, qui a Tyrannis gubernarentur nunquam possunt illos e vita tollere

Aliquis causam hujus asserti a nobis exquirat? Ac dicimus: = Perché se è Dio, non vi è sovranità nella nazione; e perciò nessun diritto sul Tiranno = Franc. Guaretti Dissertaz. sull'orig. della Sovran. Venezia 1792. presso Domen. Fracasso.)

Hinc est quod Apostolus Petrus ajebat: = Obediendum esse praepositis etiam discolis = .

B.) Nec possunt secundo loco illi qui gemunt sub tyrannide, legibus injustis obtemperare; legibus nempe, quibus Dei cultus impediretur, vel dehonestaretur.

Plus enim Deo est obtemperandum quam hominibus.

C.) Ad summum hujusmodi subditi suas possunt ad Tyrannos exponere lamentationes, sed placide ac submisse.

De cetero semper meminerint habendam esse a subditis obedientiam activam in rebus justis, resistentiam vero passivam in rebus injustis

Numer 3.
Quid subdito faciendum, qui a voce distaret Superioris, vel in periculo vitae inveniretur aggressorum causa

A.) Ad primum quaesitum respondemus: hominem procul stantem a suis vel naturalibus vel civilibus vel sacris Ministris, sese regere debere juxta dictamen suae conscientiae. Ratio enim individualis ubi fuerit illuminata, est ultima regula practica agendi.

B.) Quod si hoc in casu necessitas agendi nulla esset, ac ipse homo dubius esset quoad modum agendi tunc abstineat ab opere. Qui enim in dubio operatur non satis mundus est ab amore culpae

C.) Siquis vero, ut secunda fert quaestio, incidens in aggressores, prudenter timeret, nullo adhibito conatu, ne in mortem traheretur ab ipsis; hoc in casu officium suum dicimus esse defensionem sui ipsius, vel cum ipsa aggressorum morte si ad hoc necessaria videretur. Prima enim lex est conservatio sui ipsius in ordine executivo.

Ecclesia ne in regno, an viceversa?

D. Thomas 1. 2. quæ. 9. ar. 1. c. = Ars, ad quam pertinet finis, movet suo imperio artem, ad quam pertinet id, quod est ad finem .... semper ars, vel potentia, ad quam pertinet finis universalis movet ad agendum artem, vel potentiam, ad quam pertinet finis particularis sub illo universali comprehensus =

= Sicut Dux exercitus, qui intendit bonum commune, scilicet ordinem totius exercitus, movet suo imperio aliquem ex tribunis, qui intendit ordinem unius aciei =

= Hujus regni ministerium non terrenis regibus, sed Sacerdotibus est commissum, et præcipue Summo Sacerdoti successori Petri, Christi Vicario, Romano Pontifici: cui omnes reges populi Christiani oportet esse subditos, sicut ipsi Domino Jesu Christo =

= Sic enim ei ad quem finis ultimi cura pertinet, subdi debent illi ad quos pertinet cura antecedentium finium, et ejus imperio dirigi = (S. Tho. de Regim. Prin. l. 1. c. 14)

= E' straniero il Papa? Nella sua qualità di Principe temporale e' senza dubbio come tutti gli altri, straniero fuori de' suoi stati: ma come Sovrano Pontefice non e' straniero in alcuna parte della Cattolica Chiesa, più di quello che il Re di Francia nol sia a Lione, ed a Bordeaux = (De Maistre. del Papa. lib. I. cap. 9.)

= La Podestà temporale? E' il potere incaricato di vegliare alla osservazione delle Leggi Divine = (Franc. De La Mennais).

L' Ordine Politico dipende dall' Ordine Religioso

A. M. D. G.

Anno Primo

1877-78

I. Sem.

Logica.

= I Principii del Cristianesimo non sono altro che le Leggi del Mondo divinizzate. =

De Maistre, Veglie di S. Pietroburgo, Trattenimento IX.

Perficio. Dixi.

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus jurare in verba magistri,
Quo me cumque rapit tempestas deferor hospes.
Nunc agilis fio, et mersor civilibus undis,
Virtutis verę custos rigidusque satelles;
Nunc in Aristippi furtim pręcepta relabor,
Et mihi res, non me rebus subjungere conor.

Horat. Epist. 1.

Logica,
sive
In Universam Philosophiam Introductio

Proemium.

Num. 1.
Quid et quotuplex sit Logica?

A.) Logica juxta vim græci nominis idem significat, ac sermo mentis: communiter autem Logicæ nomen usurpatur ad illam disciplinam indicandam, qua tyrones ad Philosophiæ studium parantur.

Nos porro [illegible] duplicem damus Logicæ definitionem; dicimus illam primo directricem mentis, sive scientiam cogitandi; secundo introductionem ad universam Philosophiam.

B.) Tripliciter autem nos Logicam dividimus, nihil admodum aliis Philosophorum hac de re divisionibus detrahere volentes

Dividimus primo Logicam in naturalem, et usualem; secundo in vulgarem et litterariam; tertio in generalem et specialem.

C.) Naturalis ver. gr. est, quam quisque a nativitate secum portat, communiter dicta Rationis Lumen, cujuscumque alius generis Logicæ radix ac fundamentum; ac revera Logica Initialis. Usualis vero est Logica, quam unusquisque mentem suam exercendo, sibi comparat.

Vulgaris et litteraria sunt utique Logicæ usualis, verumtamen prima discitur communi vivendi modo, quando secunda non discitur, nisi aliorum scriptis, aut dictis adjuvantibus.

Generalis Logica est, quæ ad quodvis studium; specialis quæ ad aliquod tantummodo mentem dirigit.

Num. 2.
Quæ et quotuplex sit Logicæ Utilitas.

A.) Logicæ quam modo definivimus generatim spectatæ, quam maxima est utilitas.

Nam eatenus sua complet officia homo, suam perficit naturam, ac Deum honorat, quatenus sive officia sua, sive suam naturam, Deumque ipsum recte noverit: eatenus nempe, quatenus Logica nota fuerit.

B.) Logicę autem speciatim spectatę, alia ac alia est utilitas.

Ac in primis Logica Naturalis cum sit aliarum radix pro omnibus utilis est, dispositive ac veluti in germine tamen, non autem realiter et de facto Usualis Logica e contra cum omnem Logicę speciem complectatur, pro omnibus reapse et de facto est utilis.

Atque ex his etiam satis patet Logicam vulgarem minus existimandam esse, quam Litterariam, quoniam hęc amplius ac securius nos erudire tyrones; sic specialis logica illico minus facienda apparet quam generalis, quoniam hęc ad majora mentem disponit.

C.) Non immerito proinde cum tanta sit Logicę excellentia, eam Aristoteles dicere non dubitavit: = Organum, sive instrumentum sciendi =: Tullius vero: = Artem artium omnium maximam =.

Sed melius adhuc ab Augustino dicebatur: = Disciplina disciplinarum, scientiarumque judex et formatrix =.

Num. 3.

In quas et quantas Logicam dividemus partes

A.) Ex nostra sententia in tres Logica venit dividenda partes.

Omnis enim cognitio, quę facultatis cognoscentis est actus sive effectus, est aliquid quod tres necessario includit res: aliquod nempe objectum, aliquam objecti repręsentationem, et aliquam mentem cui objecti ipsius facta fuerit repręsentatio.

Enimvero notio communiter definitur = alicujus objecti repręsentatio menti facta =.

B.) In prima igitur Logicę parte indicabimus objecta, quę unicuique Philosopho veniunt cognoscenda: in secunda Logicę parte regulas dabimus quibus objecta ipsa cognosci poterunt: in tertia vero Logicę parte regulas trademus, quibus objecta ipsa cognita aliis manifestari possint.

C.) Et primam Logicę partem dicimus Topicam; secundam Euristicam; tertiam Apodicticam.

Unde apparet, quod prima ex tribus Logicę partibus sit Indicatrix; secunda Inventrix, tertia Demonstratrix.

Topica
sive
Prima Logicæ Pars.

Articulus I.us
De Rebus

Num. 1.–

De Ente, ejusque præcipuis differentiis.

A.) De diversis entibus

= Ens possibile, et existens: ens, et non ens: ens contingens, et necessarium: ens factum, et efficiens: ens accidens, et subsistens. Ens indivisum, et divisum: Ens Entium =.

Ens possibile est essentia, sive quidditas rei cujusque, quæ concipitur antequam res ipsa facta fuerit. Sic artifex v. gr. cæmentarius antequam vel domum vel Ecclesiam ædificaverit, aliquid habebat menti suæ præsens, ideam nempe sive domus sive Ecclesiæ: quæ idea tum ab ipso artifice, tum a domo et Ecclesia distinguebatur. Hæc porro idea est quod dicimus Ens possibile: quæ aliter etiam appellatur possibilitas entis, initium entis, atque ens initiale. Ens e contra existens est insuper natum, ac proinde aliqua in nascendo capacitate donatum. Sic allato in casu, cum domus vel Ecclesia fuerit extructa, sive nata, tunc aliquid valet, ac existere dicitur. Quod idem verbum existere satis indicare videtur, cum ex uno in aliud aliquid venisse innuat.

Ens et non Ens sunt duo sibi opposita, unum alius exclusivum. De ente sic Aquinas loquebatur: = Illud quod primum cadit in apprehensione est ens, cujus intellectus includitur in omnibus, quæcumque quis apprehendit = (1. 2. qu. 94. art. 2.). Et Scotus: = Ens habet conceptum simpliciter simplicem, concipitur sine aliis, alii non sine eo concepto =. Non ens, e contra, nec in rebus, neque in conceptibus intrat: quinimmo ab omni re et conceptu excluditur, communiter dicitur Nihilum.

Ens contingens est illud, quod aliter esse poterat, vel ut cum Wolphio loquamur: = Cujus oppositum est possibile =. Sic domus constructa poterat non construi, ac proinde Ens dicitur contingens. — Ens necessarium e contra est

illud, quod non poterat non esse, vel ut cum eodem Wolphio loquamur = cujus oppositum est impossibile =. Philosophi duplex distinguunt necessarium absolutum nempe et conditionatum: primum tale est in se, idest intrinsece, atque independenter a quovis alio ente: secundum vero tale est extra se, idest extrinsece, atque dependenter ab aliquo alio ente.

Ens factum est quodvis ens existens; quidquid enim ortum habuit, factum fuerit necesse est. Ens e contra efficiens, illud est, cujus vi aliquid fit. Ens factum communiter dicitur effectus; at ens efficiens dicitur Causa.

Ens accidens illud est quod in alio existit, veluti albedo in pariete. Ens e contra subsistens non in alio sed in seipso existit, sic paries in se, minime vero in albedine existit. Ens accidens communiter dicitur accidens, ens vero subsistens substantia appellatur.

Ens indivisum illud dicitur, quod sit in unaquaque sua parte integrum. — E contra ens divisum illud dicitur, quod aliquam suei partem amiserit. Ens indivisum dicitur etiam totum; divisum, pars. Philosophi trinum habent totum, metaphysicum nempe, physicum, et morale. Primum qualis est anima nostra, plures habet partes distinctas, unitas, atque inseparabiles: secundum, quale est corpus nostrum, plures habet partes distinctas, unitas atque separabiles; tertium vero, qualis est exercitus, plures habet partes distinctas, unitas, atque separatas; ut videre est in militibus, quorum unusquisque in seipso existit.

Ens Entium est Ens undequaque necessarium, a quo omnia Entia habent ut existant, vel ut existere possint a quo dependet primario omnis effectus et causa; a quo omne ens vim habet, vel ut accedat, vel ut subsistat; a quo radicitus omne totum, et partes oriuntur. Ens proinde entium, cujus proprium est esse, non existere.

B.

De qualitatibus entium,
= Entis possibilis; existentis; contingentis; necessarii proprietates:
nec non effectus et causæ; accidentis et substantiæ.
Entis corporei et simplicis, atque Entis Entium =.

Ens possibile concipitur quidem, atque etiam desiderari potest, vel alio haberi; non autem potest pati illius antiqui dicebant. = Rerum essentiæ sunt immutabiles =. Nec aliquid ex se operari potest: hinc illud effatum ortum habuit = A posse ad esse nulla est illatio =: atque illud aliud: = Nihil est sui ipsius causa et effectus =: ens possibile nempe existentiam sibi præbere non valet. Sed

tamen intrinsecum enti, ita ut sine ea ens neque fiat neque formam habeat. Nulla enim domus sine sui idea, aut fit aut informatur; quinimmo tunc bene facta est domus, cum secundum sui ideam undequaque constructa fuerit.

Ens existens est productum; atque in sui productione capacitatem acquirit passivam et activam, quæ uno verbo appellatur natura. Propter suam capacitatem passivam, vel partim existentiæ, vel totam perdere potest: si primum evenit diminuitur; si secundum, perit, sive ad pristinum possibilitatis statum revertitur. Propter autem suam capacitatem activam aliquid facere potest, ac proinde evadere causa. Notandum vero est, quod quoniam omne ens existens esse cœpit, omnemque vim suam aliunde habuit, idcirco non est agens primarium sed secundarium; rem non incipit, sed jam inceptam evolvit. Propter quod omne ens existens, dum aliquid facit, semper est causa secunda, semper est principium principiatum; sive causa efficiens facta. Atque ex his patet veritas duplicis sententiæ: = Nihil est inconceptibile: nihili nullæ sunt proprietates = .

Ens contingens identificatur cum ente existente: cum enim poterat non esse, existentiam non habet intrinsecam, essentialem, a se; sed extrinsecam accidentalem, ab alio. Ens contingens esse proinde cœpit, terminum habet, finitum est.

Ens necessarium e contra quod non poterat non esse, metaphysice loquendo, existentiam non habet extrinsecam, accidentalem, ab alio, sed intrinsecam, essentialem, a se; quod Theologi vocant aseitatem. Ens necessarium proinde esse non cœpit, terminum non habet, infinitum est, sive æternum. Ex quibus patet, ens contingens esse posse multiplex, necessarium vero non nisi unum.

Effectus vel extra causam exeunt, vel non. Si primum, suam existentiam habent, et dicuntur extrinseci: si secundum, tunc causam modificant et dicuntur intrinseci. Si effectus fiant a causa physica, effectus physici dicuntur: si fiant a causa libera, actus morales appellantur: in primo casu sunt mensura propriæ causæ, non vero in secundo.

Causa multiplex est pro diversitate operationis. Si sit principium ex quo, quemadmodum ex ligno fit statua, causa materialis dicitur; si sit principium cum quo quemadmodum cum securi fit statua, tunc dicitur causa instrumentalis; si sit principium, secundum quod, quemadmodum secundum ideam mente præconceptam statuarius suam efficit statuam, tunc causa essentialis, formalis, atque exemplaris dicitur: si vero sit principium quod, v. gr. quemadmodum in dicta hypothesi est Statuarius, tunc dicitur anima. quæ innuper anima quando

est operans sine cognitione in sui conservationem, augmentationem, et multiplicationem, dicitur vegetativum, ut sunt plantæ: si idem operatur cum cognitione, dicitur sensitivum, atque animalis, ut sunt Bruta; si idem operatur cum cognitione, atque deliberatione, dicitur Persona, quod proprium est Dei Angelorum et Hominum. Ex quibus etiam apparet ratio cur fiat a Philosophis distinctio inter res animatas, et inanimatas.

Accidentia rem, sive subjectum, cui inhærent, non faciunt, sed modificant, proindeque etiamsi accidentia ipsa pereant, subiecta tamen non pereunt. – Substantiæ si ex se aliquod individuum non efforment dicuntur incompletæ, quemadmodum sunt corpus et anima; ex quorum unione homo resultat. Si vero substantiæ ex se aliquod individuum efforment, tunc dicuntur completæ, quemadmodum est Angelus. Primæ alio nomine dicuntur communicabiles; secundæ, incommunicabiles.

Ens corporeum pluribus constat partibus extra se positis; unum proinde compositione, non essentia, quemadmodum est corpus nostrum; atque extensionem habet et figuram. — Ens simplex e contra non constat partibus, sive potentiis extra se invicem positis; proindeque unum est essentia, non compositione, nec ullam habet extensionem et figuram. Hinc corpora communiter dicuntur extensa; simplicia vero inextensa; cumque prima sint divisibilia, indivisibilia sunt secunda.

Entis Entium tandem proprietates sive attributa nec a longe possunt a nobis recenseri; quoniam omnia quæcumque in ipso inveniuntur, infinita sunt, nec infinitum a finito comprehendi potest. De cætero admonemus, proprietates, quæ in creaturis inveniuntur, omnes ac singulas inveniri in Deo sive simpliciter, sive formaliter, sive eminenter.

C.

De Relationibus Entium.

= Quid permanens et varium; connexum, et separatum; dependens et independens; Quid contiguum, et interruptum; spatium inane, et plenum: occupare locum, et esse in loco; Quid æquale, et simile; dissimile, et contrarium; Idem, ac diversum. Quidque Ens Entium in aliorum entium comparatione =.

Ens permanens est illud, quod nec augmentatur, nec minuitur; Varium e contra vel plus vel minus suscipit. – Connexum numquam est solum; sicuti paternitas cum necessario supponat filiationem, et filiatio paternitatem, sunt duo connexa. Separatum est illud ens cujus existentia alius entis exi-

stentiam non includit. — Ens dependens est quod ab alio habet, vel ut existat, vel ut hoc aut alio modo existat: sic nos a Deo dependemus, quoniam ab Eo habuimus, ut essemus, atque a cibis, ab aeris temperie, aliisque dependemus, ut sic, vel sic simus. Independens e contra est, quod ab aliis non habet vel existentiam, vel modum existendi.

Contigua illa entia vel partes entium dicuntur, quae se invicem ita tangunt, ut alia entia nequeant stare inter ipsa. Interrupta e contra tali ordine simul stant, ut cum se invicem non nisi imperfecte tangant, inter ipsa aliqua dentur intervalla, sive interstitia, in quibus alia entia interponi possunt. — Spatium porro sunt ejusmodi intervalla, sive interstitia. Quae intervalla, si per interpositionem aliorum entium prorsus deficiant, dicuntur spatium plenum; si vero nulla entia fuerint interposita, dicuntur spatium inane, vel simpliciter vacuum. * — Occupare locum dicuntur illa entia quae sunt composita, quaeque cum habeant partes extra partes, unum situm occupant cum una sui parte, et alium cum alia, ita ut fiat spatium plenum: qui standi modus dicitur etiam esse in loco per circumscriptionem, per extensionem, sive circumscriptive, et extensive. Unde patet quomodo extensa sint in loco, et occupent locum. Esse in loco proprium est etiam entium simplicium: sed cum haec entia sint totidem unitates essentiales, ac proinde tota sint in qualibet sui parte, sive potentia, unum situm non occupant cum una sui parte, et alium cum alia, sed ubi sunt, tota sunt, proindeque numquam spatium faciunt plenum: qui standi modus dicitur etiam esse in loco per virtutem, sive definitive. Sic anima cum sit simplex est in corpore nostro.

Aequale alteri illud ens dicitur, quod cum ipso communem habeat tum quantitatem, tum gradum quantitatis. Sic duae guttulae aquae essent aequales si ejusdem aquae essent, ac ejusdem quantitatis. — Simile e contra est illud, quod communes habet qualitates non vero quantitatem. Sic similes tantummodo essent praedictae guttulae, si una prae alia majoris quantitatis esset.

Dissimile alteri est illud ens, quod cum ipso vel nullas vel aliquas tantum communes habet qualitates, idcirco acidae plantae, et dulcia dicuntur ubi dissimilia. Contrarium vero alteri est illud, quod cum ipso eodem tempore consistere non potest, aliquo in subjecto. Sic dato, v. gr. aliquo corpore hominis veluti subjecto, idem simul esse non potest mortuum et vivum; unde mors et vita sunt duo contraria. Atque hinc ortum est illud philosophicum dictum: = Idem non potest simul esse et non esse =; quod etiam vocatur principium contradictionis. — Idem et diversum praedicantur tantum de uno Ente, secum ipso comparato, quantum de pluribus entibus ad invicem comparatis.

* Nec locus aliud est, quam pars spatii; situs vero nihil aliud est quam pars loci.

Omne ens in primis est = Idem sibi, et diversum a quolibet alio = (Aristot.) aliter nec unum esset, nec distingueretur ab aliis: atque propterea dicitur etiam quoad se idipsum, et idem numero. Insuper quando aliquam patitur mutationem, dicitur utique idem numero sed diversum ab eo quod erat. Quod si nullas patitur mutationem idem dicitur per excellentiam. primam identitatem philosophi dixerunt moralem; secundam metaphysicam. Plura entia vero ad invicem comparata tunc eadem cum aliis dicuntur, cum eorum vices nobis reddere possunt. Sic bos et equus dicuntur idem quoad nos, quando eandem nobis comparant utilitatem. Quae proinde sunt eadem inter se quoad effectus minime vero quoad suas qualitates.

Ens entium tandem est permanens, ab omnibus essentia sua separatum, sed operatione connexum, omnibus coexistens, omniaque infinite superans; in omnibus locis praesens, et omnia continens loca; omnia implens, et nullum occupans spatium: nulli aequale, omnibus simile, et nemini contrarium, utpote unum: omnia apprime operans, et tamen *idem* sibi Metaphysice.

Numer. 2.

De Fine, ejusque praecipuis differentiis.

A.

De diversis finibus.

= Ens necessario finibus carens, vel habens: terminus qui, ad quem, cum quo: ens initiale, imperfectum, perfectum: potentia, finis, actus. status viae, et termini; *vita* et *mors*; perfectio et destructio: *progressus*, et *defectus* =.

Ens necessario finibus carens est Ens entium, cum non sit ab alio, cum non inceperit cum initio careat. Fines e contrario habet, quodcumque ens, quod est ab alio, quod esse coepit, quod existit.

Termini diversimmode sonant: terminus enim qui, cum sit aliquid positivum, tantum significat ens possibile quantum ens existens. Terminus ad quem insuper indicat sive aliquid quod intenditur, se obtineri potest; sive aliquid, quod de facto obtinetur. Terminus cum quo importat aliquam operationem, cujus ope vel ens possibile concipitur, vel fit

Ens initiale est ens possibile, est possibilitas entis, est essentia sive idea entis. — *Ens imperfectum* habet quidem existentiam, non autem undequaque finitam, ita ut in hujusmodi entibus aliquid essentiale careat existentia; sic statuarius non perficiens statuam juxta ideam menti propo-

ceptam, statuam relinqueret imperfectam, quoniam aliquid ex eo quo prq: conceperat, adhuc remaneret complendum. — Ens perfectum idcirco est illud, quod juxta sui ideam undequaque existit. Potentia est capacitas activa entis existentis, sive terminus activus, communiter dicta vis. — Finis est pars aliqua ideę, sive entis possibilis, nondum completa, communiter dicta objectum, et merito dicenda terminus essentialis. — Actus sunt totidem potentię conatus, ad ideę perfectionem.

Status vię designat ens existens; quod suis utens potentiis ad suam tendit perfectionem. Status termini e contra indicat ens, quod ab hujusmodi tendentia prorsus cessavit. Hinc nos dicimur viatores, quum mortui dicantur in statu termini — Vita est progrediendi capacitas: mors est hujus capacitatis defectus. — Perfectio est possibilitatis complementum; destructio est existentię annihilatio. — Progressus est potentię actus ad perfectionem: defectus ad destructionem.

B.

De qualitatibus finium.

— —

= Proprietates finis: proprietates potentię et propriet. actus =.

Finis excitat ac movet potentias ad agendum: sic venatica potentias venatoris excitant ac movent. Hinc Aristoteles de fine dicebat: = Est id cujus gratia aliquid fit. =. et Doctor Subtilis ajebat: = Finis est causa in quantum movet efficiens ad dandum esse =. Finis igitur hoc proprium habet, ut entium potentias inclinet, ac veluti determinet ad aliquid patendum: atque idcirco finis dicitur etiam a philosophis causa finalis ex eo quod sit principium inclinationum, atque appetituum.

Quinimmo alias etiam obtinet denominationes: finis enim ille, qui unam tantum potentiam inclinat dicitur finis particularis; qui plures, communis; qui omnes, universalis, seu finis finium. Insuper si finis obtineri potest viribus per existentiam habitis, finis dicitur naturalis, sive factivus. si vero viribus naturaliter habitis nequeat obtineri, finis dicitur supernaturalis sive meritorius = (Scotus).

Potentia se habet ad opposita indifferens videlicet ad hoc, vel ad agendum: sed a fine habet, ut a statu indifferentię, ad statum transeat, passionis, sive inclinationis: quod idem est ac si dicatur, potentia a fine regulatur: hinc Scotus ajebat: = Finis extrinsecus est ~~prima~~ regula cujuscumque praxis. A fine sumuntur principia practica =. Notandum autem est, quod si finis inclinat, ac regit potentiam; potentia vero recta

operatur; ita ut finis delineat rem faciendam; potentia rem delineatam exequitur; ac proinde si finis est radix ac principium regularum, potentia e contra est principium perfectionis.

Actus in agente libertatis experte, est progressus: in agente libero si sit rectus, ac fini subordinatus, est utique progressus; si vero sit inordinatus defectus est. Insuper actus quoad finem naturalem esse potest utilis vel noxius; quoad finem vero supernaturalem omnis actus utilis est etiam meritorius, omnis autem noxius est etiam demeritorius.

C.

De Relationibus finium.

= Finis primus, et ultimus: summus, et medius: plus, aut minus perfectus =.

Finis primus ille dicitur, qui ante alios omnes potentias excitat, atque movet: qui etiam dicitur finis finium, a quo nempe cæteri fines habent vim potentias movendi. Qui finis propterea coincidit, sive idem est ac Ens entium. Finis vero ultimus est, quo potentiæ adimplentur, ac appetitus quicumque extinguuntur, ac desideria omnia perficiuntur. Unde patet, hujusmodi fines minime esse confundendos, utpote quia finis primus præcedit ac delineat operationes; finis vero ultimus subsequitur inclinationem potentiarum, easque operantes complet ac perficit: mediante fine primo potentiæ ad unum pertrahuntur finem primum; mediante fine ultimo illum obtinent. Hinc originem habuit illa Philosophorum distinctio: finis primus in intentione, est postremus in executione. = (D. Tho. 1. 2. quæ. 1. art. 4)

Finis summus est = id, cujus gratia omnia fiunt, propter quem cætera volumus, ipsum autem nonnisi propter ipsum = (S. August.): qui proinde identificatur cum fine finium. Finis autem medius est ille, quem non propter seipsum, sed propter alium volumus. Unde apparet quomodo finis summus est perfectior quocumque fine medio, quia medius habet ad se ordinatos: attamen consecutio finis ultimi dependet a consecutione finis intermedii.

Finis finium est præ aliis præstantissimus, atque efficacissimus: quando finis ultimus est præ aliis utilissimus. In eo enim quoad nos homines omne gaudium stat ac felicitas, sive beatitudo. Finis summus est principalior et remotissimus: finis medius est subordinatus ac secundarius, ac illo propinquior.

m. p. v. Finis summus Finis medius Finis infimus et in Ideologia P. III. Ar. 1

Numer. 3.

De Lege, ejusque præcipuis differentiis.

§. A.

De Diversis Legibus.

= Lex in genere: lex æterna, et providentia: lex naturalis, et positiva: physica, et moralis; Divina, et humana: concupiscentia, et consuetudo: lumen rationis, et ratio; principia speculativa, et practica; idea et notio =.

Lex in genere est = Ordo rerum in finem = (D. Tho. 1. 2. quæ. 22. a. 1. 2.): vel ut allatis utamur exemplis, lex in genere idem est ac inclinatio potentiæ: quod nempe potentiam informat ac determinat. — Quæ lex si tum possibilia cum existentiâ ordinet, Lex æterna est, sive Dei sapientia: quæ insuper lex si omnia entia existentiâ ordinet, ac inclinet, Providentia dicitur. Unde D. Thomas Providentiam ipsam definiebat = Rationem ordinis rerum in fines suos. (1. quæ. 23. art. 6.).

Lex naturalis est ille ordo, sive inclinatio, qua omnis potentia ab Ente entium habuit una cum existentiâ; atque idcirco omnis lex naturali merito dicitur innata. — Lex positiva e contra est utique ordo, vel inclinatio, sed naturæ superaddita. — Physica autem lex illa dicitur, quæ sic potentiam suam ordinat, ac movet, ut aliter potentia ipsa seipsam ordinare non valeat. — Moralis e contrario est illa lex, quæ utique potentiam suam ineluctabili modo movet ad finem suum, non vero ad ea, quæ sunt ad finem. Sic nos non possumus velle non esse felices, possumus autem hoc vel alio modo felicitatem nobis comparare. Divina dicitur illa lex, quam Deus vel dat cum existentia, vel superaddit. — Humana e contra est quævis lex, quam homines tulerint eam deducendo, sive a Lege naturali, sive a positivo-Divina: ita ut leges humanæ sunt veluti totidem conclusiones ex Lege Divina.

Concupiscentia est utique potentiæ inclinatio, sed non talis ut per eam potentia ipsa feratur in suos actus et fines; sed talis est qua potentia vel ad alios fines pertrahitur, vel ad alios actus. Hinc est ut potentia bene ordinata dicatur appetitus rectus; potentia vero a concupiscentia inclinata dicitur appetitus corruptus. Immo apud Moralistas hujusmodi concupiscentia dicitur corruptio naturæ et fomes peccati, et appetitus corrupti vulgo dicuntur peccata capitalia et passiones. — Consuetudo autem est illa inclinatio quam quis ex multiplicatis

actibus acquirit ad idem repetendum quod facit; qua inclinatione fit, ut quę prius difficilia erant factu, facilia evadant. Quę consuetudo si acquiratur per rectum potentiarum exercitium, dicitur *Virtus*: si vero acquiratur per pravum earumdem exercitium, dicitur *Vitium*.

Lumen rationis est quędam imago et similitudo Divinę Providentię animis hominum innata, sive naturalis. — *Ratio* autem est animus ipso illuminatus. — *Principia speculativa* sunt ea pars luminis, qua rerum essentię ac leges quęcumque ab homine cognoscuntur. — *Principia practica* e contra illa pars luminis sunt, qua homo operando perficitur. Proindeque speculativa sunt principia cognitionis, practica actionis.

Idea sive forma idem est ac lumen rationis; idem est ac principium cognitionis et actionis; idem est ac = forma exemplaris, qua res cognoscuntur et fiunt = (S. Tho. 1. q. 44. art. 3.). — *Notio* vero est mentis nostrę operatio, qua aliquid apprehendit: unde tantum ab idea distat notio, quantum actus a potentia: nec sine magno discrimine ab aliquibus Philosophis idea et notio dicuntur sinonyma.

B. De qualitatibus Legum =.

= Proprietates legum: proprietates concupiscentię, et consuetudinis: proprietates luminis rationis =.

Omnis lex est ordinativa actuum; ac proinde regula perfectionis. Lex vero *physica* necessitat, quando lex *moralis* tantummodo rem faciendam indicat; illa libertatem excludit, hęc cum libertate componitur.

Concupiscentia fons est omnium malorum, ac ipsius mortis: hinc error qui est veritatis privatio merito dicitur omnium malorum initium.

Consuetudo, quoniam opposita sese excludunt, quo plus ad malum inclinat, eo magis avertit a bono. Unde Aquinas: = Oportet, quod ex hoc, quod aliquid inclinatur ad unum contrariorum, diminuatur ejus inclinatio ad aliud = (1. 2. quę. 85. art. 1.). Hinc est quod si virtus difficilem reddit, ac impedit corruptionem, vitium e contra difficilem reddit, impeditque perfectionem = Proverbium est: adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea — (Prov. 22. 6.)

Per *Lumen rationis* homo est vera imago et similitudo Dei: per lumen rationis homo merito dicitur ab Aquinate = Minor mundus, quia omnes creaturę mundi quodammodo continentur in eo = (1. quę. 91. art. 1.), etiam per ipsum = Omnium in se similitudinem gerit = ut ajebat Aug. (De Spiritu et anima cap. 6.).

C.

De Relationibus Legum.

= Lex primaria, et secundaria; mensurans, et mensurata; immutabilis, et mutabilis; justa, et injusta; res vera, et falsa; honesta, et turpis utilis, et noxia; bona, et mala: radix veritatis, et falsitatis; malum metaphysicum, physicum, morale; casus, et fatum =.

Lex primaria, sive pre omnibus excellens est lex æterna, sive Dei sapientia, quam immediate subsequitur Providentia. — Lex secundaria est lex naturalis et positiva Divina, quas subsequitur quævis lex humana. — Lex mensurans quoad res creatas est Divina Providentia, et lex naturalis est lex mensurata, quæ tamen quoad leges humanas est mensurans: quemadmodum enim lex naturalis est quædam participatio divinæ sapientiæ, ita leges humanæ, quum sint totidem conclusiones legis naturalis, legem ipsam naturalem participant. — Lex naturalis est immutabilis, humana vero mutabilis. — Tunc lex humana justa est, quando fuerit a lege naturali derivata; si vero in aliquo a lege naturali discordet, tunc erit lex injusta, sive legis corruptio.

Res vera est illa quæ fuerit facta juxta leges, quæ nempe concordat cum lege. Falsa e contra est illa, quæ facta non fuerit juxta legem, vel quæ plus minusve discordet a lege. Hinc rerum veritas est earumdem conformitas cum intellectu a quo pendent: quum rerum falsitas consistat in earumdem deformitate a legibus. — Honesta est res vera, turpis est res falsa. — Res utilis est quæ conducit ad perfectionem; noxia quæ ad corruptionem. — Res bona est utilis; noxia est mala. Unde intelligitur quod honestas rei respicit finem objectivum; bonitas vero respicit finem ultimum: de cætero veritas et utilitas sunt duo connexa eodem fere modo, quo falsum et noxium.

Radix omnis veritatis est lex æterna; et omnis falsitatis radix est concupiscentia. — Malum metaphysicum est defectus infinitatis, sive distantia ab infinito, quo malo proinde omnes creaturæ laborant. — Malum physicum est quædam perturbatio, sive deordinatio partium facta in causis secundis: v. gr. in plantis, in brutis etc. — Malum morale est quædam deordinatio facta a persona libera, qualia sunt peccata. Unde apparet, quod bonum et malum sunt duo entis attributa, attamen sibi opposita. etiam de non ente non potest prædicari bonum aut malum, item ens non potest eodem tempore bonum esse et malum. Manichæi, sive Dualistæ duplex princi-

pium æternum penderent, principium nempe bonum et principium malum: perperam attamen cum duo principia infinita nequeant dari. — Casus duplex est ~~physicus~~ philosophicus nempe et vulgaris: ille est omnis causæ defectus iste est causæ ignoratio. — Fatum juxta aliquos philosophos, est quædam necessitas, quæ in rerum natura dominaretur; quodque sic Severinus Boëthius definiebat: = Dispositio immobilis rebus inhærens mobilibus = (alg. dest.). Quintuplex est fatum, nempe Epicureorum, Stoicorum, Materialistarum, Astrologorum, et Jansenistarum.
Improprie autem fatum ipsa est Providentia.

Articulus II.
De Rerum Notionibus.

Num. 1.
De diversis notionibus.

A.

= Cogitatio, et meditatio: contemplatio, et consideratio. sensatio, et apprehensio =.

Cogitatio est indeterminata veritatis inquisitio. Meditatio e contra est inquisitio determinata veritatis. Quapropter sive qui cogitat, sive qui meditatur inquirunt utique veritatem, sed primus veluti evagando, secundus vero cum determinatione.

Contemplatio est liber animi contuitus in res; ~~et~~ consideratio = est omnis operatio intellectus = (S. Tho.). Latius patet proinde hæc quam illa. Sensatio et apprehensio sunt duæ mentis nostræ operationes, quæ distinguuntur ratione objecti: in sensatione enim homo seipsum contemplatur, quando in apprehensione alia a se intuetur.

B.

= Fides, et visio: perceptio, et apperceptio; memoria, et reminiscentia =.

Fides et visio utraque aliquam significant cognitionem. Illa dicitur credere sive fidem habere, qui aliquid habet tamquam verum propter veracitatem testis: ille autem dicitur videre, qui aliquid habet tamquam verum, propterea quod ipsum invenerit cum suo principio conveniens atque conforme: si crederet tantam dicens esse certæ telæ quantitatem, mahis testimonio innixus; ejus e contra eandem quantitatem asserens propter mensurationem a se factum, visionem haberet. Fides proinde est cognitio alterius experientia obtenta; visio e contra est cognitio propria experientia comparata.

Perceptio est quævis cognitio in genere; apperceptio vero est cognitio cognitionis: per illam res cognoscimus; per hanc nosmetipsos cognoscimus cognoscentes; et quando perceptiones dicuntur notiones directæ apperceptiones dicuntur notiones reflexæ. Nonnulli apperceptionem vocant conscientiam.

Memoria est mentis nostræ operatio, qua species sive imagines rerum conservantur, quæ actu non apprehenduntur, sed apprehensa fuere: hinc aliqui memoriam definiebant = thesaurum specierum =. Reminiscentia hoc differt a memoria, quod in illa est homo patiens, in ista agens; per illam assimilamus brutis, per istam distinguimur

C.

= Scientia, Intelligentia, Sapientia =.

Scientia est cognitio rerum ac causarum, vel ab aliorum testimonio obtenta, vel per usum principiorum a nobis ipsis comparata.

Intelligentia est cognitio causarum, sive principiorum.

Sapientia vero est rerum æternarum cognitio. Hac de re sic ajebat Aquinas: = Homo autem secundum diversa cognita habet diversas cognitiones. Nam secundum quod cognoscit principia dicitur habere intelligentiam; scientiam vero secundum quod cognoscit conclusiones; sapientiam vero secundum quod cognoscit causam altissimam = (parte 1. qu. 14. art. 1.).

Numer. 2.

De qualitatibus Notionum.

A

= Proprietates cogitationis et meditationis =.

Cogitatio et meditatio comparantur ad cognitionem, quemadmodum se habet motus ad quietem: proindeque cogitationes et meditationes hoc habent commune, ut sint totidem veritatis inquisitiones

Sed ille qui cogitat solius luminis rationis impulsu, sive naturaliter, ac sine prævia deliberatione, veritates inquirit. E contra ille, qui meditatur tum luminis naturalis impulsu, tum propriæ libertatis exercitio, sive prævia mentis deliberatione veritates inquirit Quando igitur cogitatio est spontanea meditatio e contra est voluntaria . . .

B.

= Proprietates Fidei, et Visionis =.

Cogitare et meditari comparantur ad cognoscere, quemadmodum

moveri ad quiescere, quemadmodum inquirere ad habere; fides utique et visio se habent ad cognitionem et meditationem, ut quies ad motum, et inventio ad inquisitionem: fides, proinde et visio hoc habent proprium, ut sint totidem veritatis inventiones.

Sed qui fidem habet, aliquid retinet propter hoc quod assentit veracitati testis. e contra qui videt aliquid retinet propter hoc quod concordat cum principiis. Ex quo intelligitur per fidem aliquid inveniri auxilio externę evidentię, quando per visionem aliquid invenitur auxilio evidentię internę. Quapropter fides est cum obscuritate, minime autem visio.

Notandum insuper est, hominem evidentia externa illuminatum non cogi ad assentiendum, cum e contra evidentia interna illuminatus non potest non assentiri: unde fit ut cum fide libertatis exercitium concilietur, quando e contra excluditur a visione.

Notamus tandem tam fidem quam visionem, utpote veritatis inventiones ex habitu principiorum causatę, utpote legi naturali innixę, quę immutari non potest, certitudinem omnino habere: unde fides merito definitur, cognitio certa et obscura rei; visio autem cognitio est certa et evidens.

C.

= Proprietates perceptionis, et apperceptionis. =

Quibus premissis facile est videre quomodo omnium perceptionum proprium sit revelare, ac veluti in prospectum homini ponere entia cum suis qualitatibus, et differentiis: cum e contra omnium apperceptionum proprium sit homini ipsi suas repręsentare perceptiones: percipiendo homo alia a se, cognoscit: appercipiendo seipsum cognoscit.

Per utramque autem mentis operationem homo intellectum suum exercet, ac illuminat, ac majorem in se Divinę Sapientię participationem ingenerat.

Numer. 3.

De Relationibus Notionum.

A.

= Distinguuntur ratione originis =.

Relationes autem notionum sunt diversę propter diversitatem aspectuum sub quibus inter se conferri solent: comparari enim solent inter se quoad originem, quoad modum repręsentandi, et quoad id quod repręsentant.

Et primo quoad originem, notiones alię sunt innatę, alię acquisitę. Atque illę dicuntur innatę quę nobis sunt a natura; quęque idem sunt ac principia speculativa et practica, sive lumen rationis. Has notiones ab antiquis invenimus dictas prænotiones, et anticipationes; quasque bene admodum Seneca appellabat = Semina scientię =; Cartesius vero vocavit = Ideas innatas =, confundendo sic initium actus, cum actu. Has præterea notiones diversimmode a recentioribus invenimus dictas: eas nempe Serbatus Rosmini vocat = Giudizio primitivo onde l'ente conosce =; Michael vero Parma eas dicit = Nozione generativa, lume e guida del ragionamento =; et Octavius Colecchi eas appellat = Sintesi primitiva e spontanea, anteriore alla filosofia, e che le serve di base =. Notiones acquisitę e contra illę sunt, quas homo vel fide vel visione sibi comparat. Has notiones Cartesius vocavit adventitias; communites dicuntur alię traditionales, quas ab aliis credendo acquirimus, et alię experimentales, quas videndo nobis ipsis comparamus. Michael vero Parma merito eas dicit: = Procedimenti e deduzioni legittime delle innate =.

B.

= Distinguuntur ratione modi =.

Secundo loco quoad modum repræsentandi notiones alię sunt certę, alię incertę, aliæ obscurę, alię clarę; alię concretę, aliæ abstractę.

Certę sunt illę notiones, quę necessario connectuntur cum suis principiis, quę nempe logice fuerint deductę. Incertę e contrario sunt illę notiones, quę contingenter duntaxat conjunguntur cum suis principiis. Hinc est, quod oppositum notionis certę est impossibile, non autem oppositum notionis incertę. Atqui hac de causa notiones incertę dicuntur etiam opiniones veritates probabiles, et conjecturę.

Notio obscura est quęcumque cognitio quam homo per fidem sibi comparat: e contrario notio clara est quęlibet cognitio, quam sibi homo per visionem acquirit.

Notio concreta est quę habetur de rebus subsistentibus; e contrario tunc notio dicitur abstracta quando aliquid per ipsam cognoscimus præscindendo ab individuo, sive a re subsistenti ad quam pertinet. Sic ver gr. parries alba est notionis concretę exemplum; albedo parietis e contrario exemplum est notionis abstractę.

C.

= Distinguuntur ratione objecti =.

Denique secundum illud, quod notiones repræsentant, aliæ sunt verę, et

aliæ falsæ, aliæ sunt completæ et aliæ incompletæ; aliæ directæ et aliæ reflexæ.

Notiones porro veræ sunt illæ, quæ objecta non aliter repræsentant ac sunt; falsæ e contrario dicuntur illæ notiones, quæ objecta repræsentant aliter ac sunt.

Notiones autem completæ sunt illæ quæ objectum repræsentant cum omnibus suis qualitatibus et relationibus. Incompletæ e contra dicuntur notiones, sive omnes qualitates, sive omnes relationes objecti non repræsentent. Hic etiam animadvertendum est a philosophis notiones ratione objecti insuper subdividi in distinctas et confusas, in adæquatas et inadæquatas. Notiones porro distinctæ sunt illæ, quarum auxilio objecta quæ repræsentant ab aliis objectis secernuntur: quod si per easdem non secernerentur, dicuntur confusæ. Notiones adæquatæ vero idem sunt, ac completæ; inadæquatæ idem ac incompletæ.

Notiones tandem directæ sunt illæ, quæ nobis repræsentant aliquid a nobis ipsis diversum; ver. gr. bruta, plantas etc. Reflexæ e contrario sunt illæ notiones, quæ vel nos ipsos, vel ipsas nostras affectiones repræsentant nobis.

N. B.

Entia rationis ver. gr. mons aureus, aquila biceps, leo alatus et alia id generis, non existunt in rerum natura; ac proinde dicuntur etiam res phantasticæ, et fictæ, vel etiam imaginationes, et figmenta. Horum entium notiones Cartesius dixit = ideas fictitias.

Extensio et comprehensio duæ sunt notionum proprietates. Quo plus aliqua notio distat a particularibus, eo magis est extensa: et e contra quo plus indicat particularia eo magis est comprehensiva.

Articulus III.
De Notionum Signis.

Numer. 1.
De diversis Signis.
A.

= Signum, et signatum; materiale, et formale signi; gestus, et vox; verbum et scriptura =.

Signum, ut tradit Aquinas = Quantum est in se importat aliquid manifestum quoad nos, quo manuducimur in cognitionem alicujus occulti =. Signatum e contra est illud occultum, quod per auxilium signi fit nobis cognitum. Sic cum per fumum manifestum in cognitionem habimus ignis intra

[illegible]

La Filosofia Settaria poi, tranne la circostanza che Dio vi parli, o il caso di persone troppo occupate delle cure della vita, o grosse di cervello, ella è una pedanteria: per contrario la Filosofia Eclettica, che stima la verità più delle persone è il distintivo degli uomini di buon senso.

Numer. 6.

Quæ et quot sint Philosophiæ partes

A.) In più volte conviene fare questo studio.

Questa ricerca poi delle cose necessarie all'umana perfezione, che in sè considerata è così eccellente e dignitosa, non si può fare in una sol volta, con un solo raziocinio; ma per farla conviene procedere passo a passo, essia per parti, mercè una catena di raziocinii.

E questo si vuole perchè le cose all'umano sviluppo necessarie sono diverse e tali che per dimostrarle bisogna partire da diversi punti di veduta, che per convincersene fa d'uopo avere premesse diverse cognizioni, e partitamente considerate.

B.) Fondamenti della divisione di questo studio.

Anzi la cognizione delle cose necessarie all'umano perfezionamento dovendo essere il risultato da attendersi da chi si fa ad apprendere la Filosofia poichè per dimostrare v. gr. che A, e B. sono ricercati e voluti da C. e D., bisognerà in primo luogo far vedere che C. e D. sono cose esistenti, e dopo ciò dimostrare ancora che C e D medesimi hanno dei bisogni e per ultimo che A e B. possono soltanto ad essi bisogni soddisfare: così verrem noi facendo per parti lo studio della Filosofia.

Comincieremo da prima col dimostrare, che vi esistono quegli enti, coi quali ha che fare la perfezion dell'Uomo: imperciocchè enti possibili ossia hanno attività di sorta. Proseguiremo in secondo luogo con dimostrare, che questi

Enti esistenti sono in uno stato incompleto, con termini cioè da sviluppare, e compiere. Conchiuderemo poi con dimostrare di quali cose l'uomo, il quale fra essi enti esistenti è l'oggetto delle nostre indagini, abbisogni per compiersi.

(2) Parti, in che vien da noi diviso questo studio

E per conseguenza in tre principali parti viene da noi diviso tutto lo studio della Filosofia; nella prima delle quali parti tratteremo degli Enti Esistenti; tratteremo nella seconda de' Termini o Fini di essi Enti; e nella terza tratteremo delle cose necessarie pel compimento di essi Fini.

E la prima parte di questo studio chiameremo Usiologia, in cui si dirà del Mondo, dell'Uomo, di Dio; la seconda chiameremo Telelogia, nella quale si dirà dei Termini obbiettivi, Effettivi, e Distintivi; la terza chiameremo Diceologia, in cui pure si dirà delle Intenzioni, delle Opere, e delle Regole loro.

USIOLOGIA.

sive

Prima Philosophiæ Pars.

Caput I.

De Mundo.

sive

Cosmologia

Articul. 1.

De Entibus Mundum hunc constituentibus, de eorum mole et numero

---

A.) Entia indicantur Mundum hunc constituentia

Experientia propria et aliena, per sensus nempe corporis nostri atque per traditionem quod idem est ac si diceretur, argumentando ab effectibus, cognoscimus sub, circum et supra nos ipsos haberi entia, quæ quamdam exercent actionem, Entia proinde activa sive existentia, quorum utique collectio est illud, per quod Mundus hic adspectabilis constituitur

Hæc autem Entia, ut communi utamur loquendi modo, alia sunt cœlestia, alia sublunaria, sive terrestria. Atque cœlestia subdividuntur in Sydera inerrantia et errantia. = «la maggior parte, tradit quidam Auctor, osservati più volte di seguito compariscono immobili, vale a dire, conservano le stesse situazioni gli uni rapporto agli altri, e sono perciò stati chiamati Stelle Fisse, o semplicemente Fisse» = (Cenno d'Astronom. per servir di continuaz. al trattato element. di Fisica del Sr. Biott.)

Altre stelle si nominano cangianti, perchè alternativamente appajono e spariscono o si mostrano alternativamente sotto diverse grandezze = (Nelle note allo Sturm vol. 2. n.° 726).

Sublunaria autem entia subdividuntur ab aliquibus in corpora Inorganica et Organica; ab aliquibus vero in Regnum Minerale, Vegetale et Animale, quorum verborum significatio, cum ex iis quæ hactenus dicta fuerunt, satis pateat, non est causa cur hic nobis aliqua sint superaddenda quoad ea indicanda, quæ Mundum hunc constituunt.

3.) De eorum mole aliqua indicantur.

Horum autem entium quam varia sit moles apprime apparet oculis cuiuscumque intuentis.

Verum si ars adhibeatur majores hac de re illico apparebunt varietates. Sic enim legimus apud Xaverium Poli de Solis magnitudine: = Il suo diametro uguaglia a un dipresso trecento diciannove mila trecento e quattordici leghe comuni di Francia, ciascuna delle quali è poco più di due miglia e mezzo d'Italia. La sua grandezza, ossia il suo volume supera di un milione quattrocento mila volte quello della nostra Terra; e la sua distanza media dalla medesima si è calcolata ascendere a trentaquattro milioni trecento cinquanta sette mila quattrocento ottanta leghe = (Elem. di fis. sperim. to. 1. lez. 13. art. 2. n. 1614).

= In modo tale, advertit quidam Auctor, che una palla del calibro e della velocità di quelle spinte dal cannone, supposto che corresse in linea retta dalla Terra al Sole senza perder nulla della sua velocità, impiegherebbe circa tredici anni per giungere a quell'Astro: (Cenno di Astronom. ut supra). = Le stelle poi sono sì lontane da noi, che con un calcolo prudenziale la distanza loro si fa da alcuni dugento otto mila volte maggiore di quella del Sole dalla Terra = (ibid.).

E contra verba facientes de parvitate molis, quam habere arte cognoscimus quædam animalia, quæ Italice dicuntur = Animali infusori =, admiratione ac stupore afficiamur oportet. Hoc dicere nobis sufficiat, quod in guttula aquæ mille ac mille natantia multiformis figuræ appareant animalia, nudis oculis prorsus invisibilia; ut merito exclamaret Blasius Paschal de homine, qui quam sit quoad sydera athomus impercettibilis, et mundus alter quoad animalia microscopica: = Si spaventerà senz'altro di vedersi come sospeso fra questi due abissi, infinitamente lontano fra due estremi = (Pensieri Cap. 22.).

Inter entia autem tam magnæ et tam parvæ molis, quam multa alia habentur entia molis dissimilis, ita ut varietas molis sit propemodum indescriptibilis.

4.) Aliqua insuper de eorum numero.

Quot vero et quanta sunt ejusmodi entia, nonnisi conjectura potest judicari. Quis enim Sydera Cœli enumerare poterit? Satis sit nobis sequentem hac de re in

medium afferre sententiam: = Il numero delle stelle visibili ad occhio nudo al-tre volte non superava di molto il migliajo. Tolomeo ne aveva contate soltanto mille e ventidue; ma coll'ajuto de' Telescopj se ne è scoperto un numero prodigioso. Il De La Lande pretese, che con un Telescopio di sette piedi e mezzo se ne potessero scoprire ottanta mille, e alcuni calcolò, che avendo il celebre Herschel osservato col suo Telescopio un gran numero nello spazio di pochi gradi, se ne potrebbero vedere con quello strumento da circa settanta millioni in tutto il Cielo, se però tutte le parti di questo ne fossero egualmente popolate = (Sturm. Le meraviglie di Dio vol. 2. 13. Abbozzo nota 1.).

Quis insuper enumerare poterit vel plantas, quæ vestiunt hanc nostram tellurem, vel pisces maris, vel reptilia terræ, vel volatilia cœli, vel pecora campi? Talis ac tantus est ejusmodi numerus, ut omnem supputandi vim exsuperet.

Articulus 2.

De generalioribus Entium Mundum hunc constituentium partibus.

A.) Qualitates Mundanis entibus communes.

Atque hæc Entia talibus prædita sunt qualitatibus, quas recenseamus oportet propter illam, quam habent relationem cum aliis ~~quæ~~ veritatibus alio in loco nobis demonstrandis.

Omnia ac singula in primis Entia, quæ sive in Cœlis emicant, sive nos circumdant in terris, sunt mutabilia, sunt contingentia, sunt ordinata

Sunt mutabilia ideo quia sub nostris cadunt sensibus, ideo quia plures sunt. Quidquid enim est sensibile et multiplex limitibus est circumscriptum, sive limitatum est ac finitum: et quidquid finitum est augeri potest; atque illud quod aliter determinari potest, quod aliis potest circumscribi limitibus, mutabile est dicendum.

Sunt contingentia, ideo quia ad diversos status subeundos sunt idonea, ideo quia existendi modum minime habeant necessarium, ideo quia oppositum eorum est possibile.

Sunt ordinata, ideo quia quidquid evenit, aliqua fit causa; quod si aliquid regulariter, ac ordinate eveniat, tunc a causa utique ordinata ac regulari fit, ut sic eveniat. Porro in Mundo sive supra nos, sive infra temporum ac dierum successiones ac anni tempestates et alia quam plurima regulariter ac ordinate eveniant.

Satis igitur nobis manifestum est omnia ac singula hujus Mundi entia esse Mutabilia, Contingentia, et Ordinata.

B.) Qualitates solis Plantis et Brutis communes.

Nec silentio prætereundum est super illis qualitatibus, quibus plantæ et bru:

ta præ aliis entibus sublunaribus gaudent

Mineralia v. gr. exceptis casibus ecuiq, sive manualis, sive chymicæ, quæ eadem dissolvat, continuo perdurant. Plantæ e contra, et bruta ad tempus perdurant alia in dies, alia in menses, in annos alia. Attamen præ illis vi reproductiva gaudent, qua sibi similia generant: unde præ aliis etiam parentes habent, ac per varias transeunt ætates ad interitum usque, quousque nempe sua corpora in partes dissolventur, ac pereant.

Mineralia nulla sui parte tamquam instrumento utuntur, ut continuo existant. Plantæ e contra et bruta diversis constant partibus, sive organis, quibus veluti totidem instrumentis utuntur vel ad suam speciem, vel ad seipsa conservanda. In plantis hoc modo inveniunt vasa, folia ac radices. In brutis difficile esset invenire aliquam eorum partem, quæ ad unum vel alium ex prædictis finibus non inserviret. Hinc factum est ut plantæ et bruta dicantur corpora organica, alia vero inorganica.

Mineralia insuper, si fuerint percussa nullum signum exhibent mali, quod fuerit ipsis per percussionem causatum: atque in partes divisa, et sic esse perdurant. Plantæ e contra et bruta, et signa dant mali quod patiuntur, et sæpe numero etiam pereunt. Unde sic scribit Jo. Flemming: = Se schiantisi un ramo da un albero, il tronco stesso ne soffre, nel mentre che la parte staccata sente ben tosto un'alterazione in tutte le sue qualità sensibili: le foglie v. gr. avvizziscono, i ramuscelli da pieghevoli si fanno rigidi; e la corteccia che dianzi mostravasi molle, assume l'aspetto di una crosta raggrinzata = (Fil. Zool. vol. 1. cap. 1) Cujusmodi eventus facilius adhuc observantur in brutis, quæ fuerint plus minusve percussa.

Hæc præ aliis entibus terrestribus ad plantas et bruta spectant, hæc sunt ipsis solis qualitates communes.

(?) Qualitates solis brutis communes

Quæ autem qualitates, quibus bruta a plantis differunt, in tres classes reduci possunt. Distinguuntur primo ratione organizzazionis, nutritionis et respirationis. Etenim = Nei vegetabili in verun conto riesce di scoprire cavità alcuna comune destinata a ricevere l'alimento all'incontro negli animali trovi uno spesso un canale alimentare intralato stomaco o ventricolo unico in ogni individuo. Nei vegetabili vari sperienti della nutrizione derivano dalla superficie, mentre quella degli animali prendono origine dall'interno del canale alimentare = [illegible] = [illegible] ... suo nutrimento dalla materia inorganica. l'animali dalla materia organica [illegible] danno all'aria l'ossigeno, e alla terra le foglie, che cadono ad altre materie. Gli animali all'aria [illegible] ed alla terra il ricettamento

dei loro cibo = (Gagliano Kutil)

Distinguuntur secundo loco plantę a brutis vi motrici qua gaudent. = La contrazione e la espansione, che le fibbre vegetabili manifestano per l'applicazione di uno stimolo, indicano una irritabilità = (Flemming ibo.): ma assai minore di quella che manifestano gli animali, i quali esternamente stimolati, se l'impressione fu grata e ne' movimenti e nelle grida dan segno di piacere, e del desiderio che hanno di venire nuovamente impressionati. Che se le impressioni sono nocive fanno movimenti o per allontanarne la causa, o per fuggirla, e molti di loro prorompendo in grida di allarme o di spavento

Distinguuntur ultimo bruta a plantis, eo quia sese gerunt pro diversitate eorum, quę experiuntur vel experta fuerint: = Così il cane distingue con l'odorato, l'avvoltojo con la vista; così avviene in virtù della fatta esperienza che gli animali nostri domestici trattano in un modo i padroni, in un altro i forestieri. Di maniera che nell'usare di lor forza motrice si prevalgono e delle impressioni attuali, e di quelle prima avute =. Proindeque ad distinctionem plantarum distinguunt, recordantur ac sese dirigunt.

Articulus 3.

De eorumdem Entium elementis, sive principiis.

Quę et quot habeantur corporum elementa.

Hęc autem entia mundana tam multa et diversa, cum partes habeant extra partes, cum pluribus partibus simul positis constent, cum nempe sint totidem composita, quibus et quantis eadem constabunt partibus? Quę et quot erunt eorum elementa, sive principia?

Hęc investigatio quę ultima est nobis in Cosmologia multum defatigavit Philosophorum curiositatem, nec immerito propter eam, quam habet affinitatem cum aliis maximi negotii veritatibus.

Ast, etiamsi Philosophi fuerint concordes in dicendo entia mundana constitutionem ex unione exsurgere plurium partium sive elementorum, non conservarunt tamen quoad earumdem partium qualitatem et numerum

A non multo enim tempore defecit veterum Philosophorum sententia, qua in aere, in aqua, in terra et igne omnia concludebantur corporum elementa. Sed postremis hisce duobus sęculis alia et alia inventa sunt esse corporum elementa per analysim chymicam, sive per eorumdem quatuor elementorum decompositionem, ac resolutionem. Iam numerus elementorum inventus crevit usque ad quinquaginta et octo; et ut loquamur cum concive nostro = Il tempo potrà disvelarne molte altre specie, il che è assai probabile e potrà ancora

semplificarne il numero = (Ant. Gius. Pari. Ricerche analit. ragion. sopra la fisica l'analisi, e la vita della molecola chimica di primo ordine Sez. 1. part. 1. cap. 10.)

In duas nempe contrarias sententias iverunt Philosophi quoad numerum partium sive elementorum ex quorum unione singula facta sunt corpora. Alii enim cum dixerint elementa ipsa esse extensa, sive composita, eo necessario devenerunt ut in cujuscumque corporis compositione, partes sine numero concurrere arbitrarentur: ac proinde ad infinitum usque corpora dividi posse putarunt. Alii e contra, cum elementa corporum dicerent inextensa finitas numero esse dixerunt partes quaedam quae corpus componentes, negando consequenter divisibilitatem corporum ad infinitum usque.

Sic quoad qualitatem et quantitatem elementorum judicatum est.

C) Quid his super rebus sentiendum nobis videatur.

His autem de rebus quid sentiendum videatur, breviter dicemus tametsi nulla nobis spes effulgeat finiendi lites.

Primum igitur quoad elementorum extensionem sive simplicitatem, opinio nostra est quod eadem sint inextensa sive simplicia, ideo quia quidquid partibus constat, cum posterius sit suis componentibus, vel resolvi debet in componentia simplicia vel supponi debet catena retrograda infinita, quod absurdum est dicere, cum infinita non sit pertransire. Praeterea si elementa essent extensa cum post quamcumque divisionem et subdivisionem quaelibet pars adhuc esset sine fine divisibilis, tunc unumquodque corpus etsi infimae molis haberet infinitas infinitas atque in quovis finito infinities infinita haberentur. Res ridicula prorsus. Unde Aquinas quam scite admodum ajebat: = Prima sunt simplicia = (1. 2. quae. 19. art. 2.)

Sententiam vero, quae bruta declarat automata, eam dicimus nullam involvere contradictionem; nec tamen illam habemus certam, aut probabilem. Non est in primis absurda, ideo quia si homines aliquando nonnullas potuerunt componere machinas, quae modo bellvarum, modo hominum imitabantur actiones, a fortiori Deum hunc mundum brutis, quae simplices essent machinae, exornare potuisse dicendum est. Merito proinde scribebat Jacobus Abadie: = Io non so se vi abbia un uomo così ardito nel Mondo, il quale osi dire che Iddio con tutta la sua infinita sapienza non potrebbe, formare se ei lo volesse un automato, che senza avere la menoma cognizione imitasse le cose dotate di forza conoscitiva. Come mai ardirebbesi ciò negare relativamente a Dio, dacchè pur si vede che ciò non è per poco superiore alla portata degli uomini = (Jacob. Abbad. L'arte di conoscer se stesso.) Nihil tamen aliqua est nobis causa, cur dicere possimus, Deum fecisse quoniam hoc facere potuit: a posse enim ad esse nulla est illatio: sola ac nuda possibilitas rei existere probar

β) Quæ Philosophorum sententiæ quoad animam brutinam

Neque hic terminantur Philosophorum quæstiones ac differentiæ: quinimmo ipsa de elementorum extensione, vel simplicitate controversia, occasionem præbuit Philosophis investigandi illius principii naturam cujus virtute fit, ut animalia ad plantarum distinctionem externa corpora distinguant, impressionibus exinde susceptis recordentur, ac secundum diversitatem eorum quæ subeunt sese dirigant.

Sed hac etiam super re in plures abierunt Philosophi sententias.

Quarum una fert, bruta nihil aliud esse quam totidem machinas sive authomata, ut sunt horologia, quæ præter partes, ac vim activam partibus ipsis inhærentes, atque partium ipsarum dispositionem sive organizationem, nullo indigent principio ad suos motus regulariter efficiendos. Inter veteres hujus sententiæ assaclas, fuit Pherecrates (Cicero lib. 1 Tuscul.): inter recentiores eminet Cartesius, quem sequitur Duncanius: atque hoc ipso nostro tempore concivem habemus hujus opinionis fautorem, qui sequentem inter plantas et bruta videt proportionem. Scribit enim = Potersi paragonare le mandibole armate di denti alle forbici; il ventricolo ad una bottiglia; le arterie e le vene a tubi idraulici; il cuore ad un pestello di macchina idraulica; il torace ad un mantice; i muscoli alle leve, e simili = (Ant. Gius. Pari ibid. sez. 3. part. 5. cap. 68.). Et adeo securus est de veritate ejus quod tradit, ut sententiam contrariam dicere non vereatur = L'ingannevole chimerica visione = (ibid.); Animam vero brutinam dicat: = Un mero fantasma, un'ombra vana gettata sui corpi da fantastiche menti ingegnose = (ib.).

Altera vero ex his sententiis fert, bruta præter partes, ex quibus eorum constant corpora et animam habere sive principium quoddam simplex, cujus opera distinguunt, memorantur, atque operantur. Huic sententiæ nomen dedere plerique ex Philosophis omnium ætatum: atque omnibus suis et sociis adversarios oppugnat, quos imo sui extimabat Major Weiss, ut de eidem scriberet: = Vari Filosofi tanto antichi, che moderni facendo del bruto una semplice macchina procurono soltanto, che possono talvolta gli stessi grandi uomini divenir macchine = (Princip. filos. polit. mor. vol. 1. digress. sui bruti.)

Tertia vero ex iis sententiis animas brutorum similes esse animis hominum affirmat. Sic arbitrabatur Lucretius, Montaigne et Elvetius: sic postremis his annis tradebat Melchior Gioja, qui ~~quam~~ tenerrimo erga belluas affectus amore exclamabat: = Il nostro orgoglio ha stabilito un'immensa linea di separazione fra il bruto e l'uomo, mentre il fisico osservatore trova molta difficoltà nel determinare, ove finisca la specie umana =.

In has præcipue sententias quoad animam brutinam abiere Philosophi

γ) Quid iis super rebus nobis sentiendum nobis videatur. (Vide in alia pagina.)

vero
divers
ga u
tum
ligua
tum c
ad ju
ejio
tia q
pera
dicam
china
menim
bruta

damu
Hge
anime

1) Home

chez a
mines
pares
cubidu
igno
grue

Sententiam e contra, quæ bruta vult animata, probabilem dicimus, non vero certam. Nam si experientia quotidiana constat, quod bruta erga se et alia diversimmode operantur, uno modo sese gerendo erga sibi noxia, et alio modo erga utilia; res etiam est manifesta quod bruta in tantum sic se gerunt, in quantum memoria retinent, quas subierunt impressiones; et a quibus in quantum alignas ex iisdem impressionibus cognoverunt esse sibi noxias, aut utiles; in quantum aliquo judicio sese dirigunt; in quantum extimant, atque judicant. Ast ad judicandum inter plura requiritur non jam ut aliqua ex iisdem uni principio et altera alteri; sed omnia et singula uni, ac eidem principio sint præsentia: quod utique principium est quod dicimus animam. Cum igitur brutorum opera fiant merito alicujus judicii, justa profecto est nobis causa, cur ipsa bruta dicamus animata. Attamen quoniam Deus ipse talis est, qui per simplices machinas hæc omnia in brutis efficere potest, nec aliquis nostrum sciat, utrum Deus minime fecerit, quod facere poterat, consequens est, quod etiamsi sententia, quæ bruta vult esse animata sit probabilis, non tamen dici potest certa.

De tertia autem sententia, quæ, belluas similes facit hominibus nullum damus judicium, cum adhuc de homine non fuerit a nobis disputatum.
Hæc sunt quæ nobis sentienda videntur, quoad naturam elementorum, ac animam brutinam.

Caput II
De Homine,
sive
Antropologia.

Articulus 1
De Hominis Statu.

(1.) Homines non sunt sibi æquales, sed variant inter se, atque differunt.

Veruntamen si per brevissimam Mundi contemplationem quam pulchræ acquiruntur cognitiones, potiori de causa hoc nobis est expectandum ex hominis studio, sive ex Antropologia. Ast quidnam ea, quæ nobis concessa est temporis angustia de Homine dicere potuerimus? De Homine qui sibi relictus, aliisque subsidiis destitutus, atque ut quidam ait, = Limitato all'atomo della terra sopra cui vegeta, vede questo atomo come fosse un Mondo; e non vede i Mondi, che sopra gli stanno, che come atomi? = (Manuale di Stor. Natur.). Quique subsidiis congrue institutus quoad corpora cælestia seipsum cognoscit = Un punto imper:

sentibile, non nulla =; quoad vero animalia microscopica, sibi videtur = Un abis= so; un mondo, o piuttosto un tutto = (Pascal. Pensieri cap. 32). Quid quęso tanta tem= poris angustia de hoc Homine dicemus?

Hac de re etsi animo tristi, nonnisi quam paucissima dicere poterimus; quę tamen ad philosophandum ex nostra sententia satis superque sufficiant. Ac primo quidem ad aliquam hujus Hominis cognitionem obtinendam, videbimus quomodo Homines non jam sibi ęquales sint, sed multis sub adspectibus ad invicem differant.

Et re quidem vera tum experientia, cum traditione manifestum est Homines imprimis variare ratione figurę: non omnes enim vel eumdem præseferunt colorem, nec eandem habent faciem aut staturam.

Constat secundo Homines variare ratione complexionis: apud eruditos in more est positum quatuor recensere complexiones: v. gr. = Il temperamento sanguigno, pituitoso, bilioso, malinconico = (Card. Ant. Poggi. Log. di filos.). Constat pariter eosdem tertio loco variare ratione longevitatis: etiamsi enim pauci dempti dentur homines ejusdem figurę ac complexionis, eosdem tamen numero non vivunt annos.

Constat quarto Homines inter se variare ratione indolis, sive charac= teris. Infantes enim, generice loquendo sunt creduli, et inconstantes; adulti sunt ardentes et incipientes, viri sunt pacati et prudentes; senes sunt tenaces et suspiciosi. Constat pariter Homines variare ratione fortitudinis et velocita= tis; sed quę varietas præ aliis venit distinguenda est a sensibilitate. Affricani e= nim sensibiliores sunt Europeis, femminę sensibiliores sunt masculis; juve= nes, viris.

Constat tandem Homines variare ratione intelligentię: alii enim sunt eruditi; alii rudes; alii docti, alii idiotę; alii perspicaces, alii fere stupidi.

Atque hęc satis superque sufficiant, ut Hominum varietas certa sit nobis ac indubitata, atque merito repetere possimus hęc cujusdam Auctoris verba: = Contemplando la umanita' ne' diversi punti di vista in cui si pre= senta, offre essa una catena estesa in una prodigiosa serie di anelli = (L'ab. Valdast)

Expl. Ott. 10 ... 1840.

B) Et rerum mundanarum subeunt influxum

Atque sibi homines quęcumque sit eorum varietas, omnes tamen ac sin= guli rebus mundanis ita sunt illigati; atque ut ita dicamus connexi, ut rerum ipsarum actionem ac virtutem pluvimis in modis in seipsis experiantur, pluri= bus in modis earundem subeant influxum.

Nam experientia quotidiana est manifestum, quod homines eosdem diversas anni tempestates, diversas pariter patiuntur necessitates. Omnibus enim nobis constat quomodo hac de causa nunc calore, nunc frigore conficiantur, et stati tantummodo temporibus animus noster tepore alliciatur.

Continua experientia certum est pariter diversimmode Homines pati pro diversitate plagæ quam ipsi incolant. Unde quidam Auctor scribit: = Scorrendo la storia umana, non potete dubitare altresì, che i popoli delle regioni temperate non siano sempre i più propensi a perfezionarsi, e [illegible] in le arti e le scienze fecero i progressi più rapidi. Del che non è l'ultimo motivo l'eccellente condizione de' loro nervi, troppo resistenti ne' climi gelati; troppo mobili ne' climi focosi, per cui ne nasce che gli estremi si tocchino, e che tanto il freddo, quanto il caldo se sono eccessivi, diano genti imbecilli ed infingarde = (Carl'Ant° Pezzi Lez. Filosof. part. Intellett. cap. 8 S. 56)

Status insuper hominum a cibis quibus aluntur non parum dependet. = Tutti gli uomini, tradebat provinciæ perillustris vir Huffeland, e tutti gli animali, che si nutriscono con molta carne sono più impetuosi, appassionati e crudeli: ed al contrario quelli, che si alimentano di cibi vegetabili sono più mansueti ed umani = (L'arte di prolung. la vita umana. to. 2. cap. 2. n. 3.). Et Elveticus Tissot dicere non dubitabat: = La giovialità; l'affabilità stessa possono essere distrutte da alimenti eccessivi acri = (Trat. de' nervi part. 1).

Quid? Tanta est nostri generis dependentia ab iis, quæ nos circumdant rebus mundanis ut homines quodammodo indolem vestiant brutorum cum quibus vivunt. Ut scribit quidam auctor: = Il Samojedo è stupido come la sua foca, il Lappone è timido come la sua renna, l'Alpino ruvido come il suo Orso, e leggiero come il suo capriuolo, l'Indo dolce come il suo Elefante, e tranquillo come il suo bue; l'Arabo sobrio e viatore come il cammelo, il Tartaro instancabile come il suo cavallo; il Nero sensuale come la sua scimmia, e turbolento il Malese come la sua tigre = (Il sullod. Pezzi ibid. S. 56).

Homines igitur, qui inter se differunt multum admodum a rerum mundanarum fluxu dependent.

Neque eo secius primam tenent in rebus terrenis sedem

Non obstantibus tamen tot ac tantis varietatibus, nec obstanti illa, quam e rebus mundanis habent dependentiam, homines hac super terra primatum tenent, sive primum inter corpora sublunaria locum occupant.

Cum enim plantæ non nisi in aliqua hujus telluris parte vivant ac sibi similes producant; cumque vel ipsa bruta nequeant vivere ubique terrarum, homines e contra ubique locorum vivunt, totius terræ veri coloni. Cumque animalia sic efformata sint, ut faciem pronam habeant in terram; homines

e contra pro lubitu quaquaversum circumspicere valent; unde Ovidius ipse canebat

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque tueri
Jussit, et erectos ad sydera tollere vultus.

Metamorph. lib. 1

Præterea si homo nihil potest quoad elementa corporum, quoad rerum terrenarum species, et quoad mortem; quæ vel invitus rapitur, si insuper ut cum præfato Auctore loquamur: = Niente può sulle rivoluzioni del globo terrestre: niente sui minerali, nè vegetali, nè sugli animali presi in generale, ma anzi parecchie specie di animali sanno involarsi al suo potere per la rapidità del volo, per l'agilità del corso, per l'oscurità de' covili, per l'intervallo che passa tra essi e lui mercè l'elemento da esso loro abitato e per la sola lor piccolezza, (e di più) ve ne ha che ben lungi dal riconoscerlo per sovrano, tansi ad attaccarlo per forza aperta, tuttavia il padrone egli è de' corpi inorganici, i quali alla volontà di lui non possono opporre altro che una rozza resistenza, o una inflessibile durezza, cui per altro la sua mano sa maisempre vincere obbligandoli gli uni ad agire contro gli altri: padrone egli è dei vegetabili, cui può colla sua industria accrescere, diminuire, distruggere: padrone egli è degli animali, poichè sa concitare e dirigere le sue operazioni, e vincere la forza con l'ingegno e la velocità con l'impiego del tempo = (Mannini Stor. Natur.) estratto dall'Opera [illegible] T. 5

Etiamsi igitur homo tot variatatibus sit obnoxius, et mundano influxui subjectus, attamen in orbe terrarum Rerum potitur; vel, ut ajebat Rousseau = L'uomo è il Re della terra che abita =.

Articulus 2.

De ejusdem hominis potentiis.

A1 Præcipuas tam corporis humani partes, quam partium ipsarum qualitates ac functiones.

Atque sic cum breviter admodum observaverimus Statum hominis, sive quid actu ipse sit; observabimus hic et nunc, quid ipse facere possit, quas nempe habeat vires sive potentias = Lo stato d'una cosa, ut ajebat [illegible]

* [illegible], e la natura della medesima sono due oggetti differentissimi = (memoria sullo stato di natura, [illegible] 1797) = e ben [illegible] che l'Ente infinito [illegible] [illegible] de Bequelen, nel quale la natura, e lo stato sieno rigorosamente sinonimi = [illegible] lo stato di Natura) Quapropter aliquam cognitionem nobis comparemus oportet de humani corporis partibus = Senza pretendere, ut de se quidam Auctor profitetur, senza pretendere di farvi, nè anatomici, nè fisiologi, unico mio

spando il porgervi solo quei lumi, senza cui stolta cosa sarebbe il pretendere di conoscer l'uomo; senza cui non può darsi Antropologia = (Carl' Ant. Pezzi. Lezioni di Filosof. Parte Intellet. cap. 2 §. 4.).

Quæ igitur erunt præcipuæ corporis nostri partes? Quæ earundem partium qualitates et functiones?

Respondemus hac super re aliud esse quod vulgo cognoscitur, aliud quod ab eruditis.

Omnibus v. gr. generice loquendo notum est corpus nostrum pluribus constare partibus, capite nempe, trunco, brachiis et ceteris, quæ insuper aliis constant minoribus partibus. Notum pariter est communiter singulas corporis humani partes aliqua donari virtute, sive potentia: oculos inservire ad videndum, aures ad audiendum, nares ad olfaciendum, os ad gustandum, et alias ad tangendum quinimmo visus, auditus, olfactus, gustus et tactus sunt quinque corporis nostri sensus omnibus noti.

Ab Eruditis autem omnes corporis nostri partes dividuntur bifariam, in partes nempe solidas, et in partes fluidas.

Partes solidæ sunt ossa, cartilagines, ligamenta, musculi, membranæ et nervi. Partes fluidæ e contra, ut cum præfato Auctore loquamur, sunt = Oltre al fluido nerveo, la linfa del sangue, il grasso della cellulare, il muco, la gelatina delle glandule e membrane, il succo, e la midolla delle ossa, la saliva, le lagrime, la bile, il succo pancreatico, i succhi gastrici, ed intestinali; il vapore che traspira internamente da tutto il corpo, e quello che esce dalla cute esterna, il quale, quando trascende, si riduce in sudore, il cerume delle orecchie, la cispa degli occhi, la orina, le feccie etc. = (Pezzi. ibid.).

Diversis autem qualitatibus gaudent hujusmodi partes solidæ et fluidæ, v. gr. = Le ossa si distinguono per la durezza, le cartilagini per la elasticità, i ligamenti per la flessibilità, i muscoli per la irritabilità, le membrane per la contrattilità e turgescenza, ed i nervi per la impressionabilità = (id. ib.). Quando che le parti fluide sono più o meno molli e scorrevoli =.

Harum vero partium functiones aliæ sunt, atque aliæ. Ossa v. gr. ad omnes alias partes inserviunt sustinendas. Cartilagines et ligamenta vel ligant vel sustinent. Membranæ partes [illegible] continent. Musculi inserviunt motibus dum nervi qui veluti quædam vehicula alias vestiunt partes solidas, quique ex diversis corporis partibus cerebro insinuantur, ibique colliguntur, quas subeunt impressiones ab externis corporibus easdem cerebro ipsi transferunt. Unde admodum pulchre vocabantur a Tullio = Interpretes et nuntii rerum =

Partes vero fluidę generatim spectatę ad alias corporis partes sive ad alendas sive ad augmentandas inserviant, sive ad easdem in suis functionibus sublevandas. Generatim dicimus, quia quę sive per cutis meatus, sive per alias vias procul amandantur a sensibus, sunt potius aliquid superfluum. Istę sunt pręcipuę corporis nostri ... ac partium quarum proprietates.

(3) Quid, et quomodo in comparatione belluarum pręcipue homo operetur, cognoscat, et veli[t]

Nequaquam autem sufficit ad Hominis potentias dignoscendas, quod modo de corpore nostro examinavimus: quid insuper ipse valeat ipse faciat refert examinare. Causę enim et potentię concluduntur a Philosopho argumentando ab effectibus.

Quid igitur, et quomodo in comparatione brutorum in primis operatur Homo? Quod animalia extrinsecus agant, et quidem diversimode quoad terras v. gr. quas incolunt, quoad plantas quas frequentant, et quoad seipsa: res est ex quotidiana experientia certa, ac clara. Sed circa hęc omnia generatim loquendo varię animalium species aut nihil mutant, aut aliqua tantum in deterius vertunt, nusquam autem in melius. E contra homo terras, plantas, bruta quę illum circumdant, ac suiipsius speciem numquam in eo statu relinquit, in quo eadem in suo adventu invenit, sed vel in deterius, vel in melius omnia ac singula convertit.

Al tocco di sue mani, al magico influsso di sue opere, quanto il circonda qui in terra, tutto cambia aspetto. Acque e terre scompigliansi, boschi e selve rovinano: e tra gli animali chi fugge, chi trema; chi morto cade, chi perde sua libertà. Degli stessi uomini chi viene estinto, chi amareggiato. Scena di desolazione verissima, per cui con le opere sue malefiche alzasi l'uomo immensamente sopra de' bruti. Ella scena ancora di troppo piccola per dalla rilevarne la sua maggioranza. Imperciocchè quando gli animali, parlandosi in genere, nulla migliorano: sotto le mani di lui per contrario le cose acquistano aspetto ridente e vannosi perfezionando. Sua v. gr. acque prima desolanti si rese innocue, o fecondatrici di aride glebe, o strette in canali girar sollazzevoli sotto suoi occhi, o portarlo veloci a stranei lidi ministre di commercio e di abbondanza: là terre deserte fatte commode abitazioni, e informi massi convertite in ridenti ville, in splendidi palagi =: Tra le sue mani l'albero si cangia in colonna, la caverna in palazzo, il pioppo in lanuggine, il ruvido e grosso crine in lucido e levigato tessuto = (Dall'autore del Sistema della Natura.) = Qua docili mandre prolificano felici; là innocenti pecorelle pascolano sicure contro la voracità delle fiere dalla presenza dell'uomo allontanate, e ci mancherebbero parole per tutti ridire partitamente i miglioramenti, che a sè l'uomo procura, e alla sua specie. Son essi anzi abbastanza noti per potersi passare sotto silenzio. = Havvi ad ogni modo una proprietà particolare all'uomo, che fu quasi sempre [illegible]

nella esposizione di sua natura, diremo solo con un autore, Nelle altre classi di animali, l'individuo dall'infanzia passa alla maturità; e nello spazio di una sola vita, tutta acquista la perfezione che la sua natura comporta; riguardo agli uomini tutt'altramente addiviene: la specie ha i suoi progressi così bene che l'individuo; sopra i fondamenti che le ha la precedente età lasciati alla fabbrica per la susse=guente, ed a mano a mano perviene ad un grado di perfezione nell'uso di sue facoltà; che esser non può se non se il prodotto di una lunga esperien=za, e dei combinati effetti di parrecchie generazioni = (Adamo Ferguson Saggio sulla storia della società civile). Vantaggi tutti al cui confronto tutto quanto si può dire di meglio della spezie brutina, scomparisce e manca.

Sicuti comparatione brutorum quoad plantas, quoad animalia, quoad ip=sum operatur homo: nec solum quoad ista opera bruta ipsa exsuperat, verum etiam quoad modum operandi:

Imperciocchè quantunque gli animali per riuscire nelle loro rispettive o=pere abbiano dalla provvida Natura belle e pronte le armi; tuttavia in pian parlando non operano esse, che isolatamente, e solche di rado si vedono in=dividui d'una medesima specie operar di concerto e darsi mano. Per con=trario l'uomo esercee le sue forze misuratamente ora ricorrendo ai Mine=rali, ora ai Vegetali, ora agli Animali stessi = Onde le sue freccie sono più rapide del volo dell'Aquila, e le sue armi più formidabili del dente del cin=ghiale, e della zanna del leone = (Ferguson ubi supra) "E quello che più mon=ta è l'aiuto, che l'uomo riceve dall'altro uomo

Atque haec dicta sufficiant licet brevia ad decernendum quid, et quomodo prae bellius operetur homo.

Sed brevius adhuc videbimus quid homo ipse, et quomodo prae eisdem brutis cognoscat.

Verumtamen, ut recte hac de re investigemus, duas praemittimus ob=servationes, quarum prima est quod quoniam animalia esse possunt auto=mata, possibile est etiam quod nihil cognoscant: altera vero quod quoniam res est probabilis animalia esse animata, probabile dummodo est quod ipsa cognoscant.

Atque hoc in sensu opinamur animalia cognoscere illa corpora quae nunc videntur adversari, nunc requirere; et quidem eadem cognoscere ope sen=suum, in quantum semper ab iisdem vel noxiam vel utilem subierunt impres=sionem. Sic igitur duntaxat cognosces animalia vel recordantur, vel sen=tiunt, vel deducunt. Vice aliquid pluris dicendum nobis arbitramur: nam ut hoc facere possimus, ut quidam ait = Bisognerebbe conoscere le qualità

loro interne; in quella guisa, che noi conosciamo le nostre: e siccome non è possibile di conoscere ciò che passa nel loro interno, noi possiamo perciò giudicarne che dagli effetti = (Allam. di Stor. Natur.); non possiamo loro attribuire che le cognizioni ed il modo di ottenerle di sopra accennate. . . . .

Homo e contra tum res corporeas, tum res spirituales cognoscit, tum seipsum cognoscentem cognoscit; nec tantummodo per sensuum, sed et per traditionem, per ratiocinium, ut satis superque disputatum fuit nobis in Logica. Quare homo nedum quoad ea quæ cognoscit, verum etiam quoad modum cognoscendi bruta omnia exsuperat. . . .

Nec tandem difficile est videre quid et quomodo velit homo præ belluis, ubi tantisper aliquo animadvertamus sive quoad terminum, sive quoad modum inclinationum.

Illud porro, in quod aliqua potentia est proclivis dicitur terminus inclinationis. Potentia autem nunc terminum suum obtinet quin illum cognoscat, ut sagitta a sagittante emissa; nunc terminum suum obtinet sed etiam illum cognovit, nunc verum suum obtinet terminum, quoniam seipsam determinavit ad eundem obtinendum. In primo casu est spontaneitas sine voluntate; in secundo est voluntas sine libertate, in tertio adest libertas.

Non negamus itaque si ipsa animata sint, quod plura aut aversione, aut amore prosequantur animalia sed libertatem omnino illis denegamus. Homo vero præ illis liber est quoad ea quæ conducunt ad fines suos. Hoc enim ubi sibi ita consius est, ut modo laude, modo vituperio, modo præmio, modo pœna seipsum, aut alios dignos reputet. Atque hoc ubique temporum ac locorum apud homines fuit in more positum, adeo ut libertas hominis sit quoddam factum consentiosum, et sentimentale. Dicebat proinde perillustris vir Degerando: = La libertà interna è un fatto reale che non si dimostra, ma si vede = (Il Visitat. del pov. to. 1. pa. 69). Per libertatem fit ut nos dominium habeamus nostrorum actuum; per hanc cupiditates nostras infrenamus cum bruta si propitiæ sint circumstantiæ numquam passiones adversantur.

Qua de re placet nobis Voltairium ipsum dicentem audire: = Si obbietta, inquit, che l'assenso del nostro spirito è sempre necessario; che la volontà siegue sempre questo assenso. Io rispondo che in effetto io desidero necessariamente (Omne bonum est desiderabile a Tho.) ma i miei desiderj e la volontà son due cose differentissime, poichè un uomo vuole e fa spesse volte quello che non desidera. L'ombattere i suoi desiderii è il più bell'effetto della sua libertà ed io credo che una delle sorgenti dell'ignoranza degli uomini in questa materia venga da ciò, perchè si confonde desiderio e volontà = (Lettere al re di Pruss.).

Sic igitur in comparatione brutorum operatur, cognoscit et vult homo.

C). Opiniones Philosophorum circa hominis potentias; nostra sententia; hominis præstantia.

Postquam autem sive de corpore nostro, sive de operationibus nostris aliqua diximus, dicemus nunc de potentiis, quibus gaudemus.

Admonitum ceteroquin volumus in primis hac super re in diversas Philosophos abiisse sententias. Ut enim de recentioribus aliquid noteamus, sciendum est Baconem de Verulamio octo concepisse animæ humanæ potentias sive facultates, Cartesium, quatuor; Malebranchium, duas; Hobbesium, septem; Lokium, duas; Bonnet, septem; De Brosses, tres; Diderot, unam; Destutt-Tracy, quattuor; De La Romiguier, duas, et Deus scit quam diversæ sint aliorum opiniones.

Nos cum bona venia tantorum virorum, hæc post Augustinum dicimus esse Animæ facultates, quas ipse vocabat intellectum, voluntatem, memoriam; nos vero Intellectum dicimus Potentiam æstimativam; Voluntatem Potentiam motivam; Memoriam, reminiscentiam. Insuper, omnibus nobis consentientibus, potentiam concedimus homini vegetativam, qua nutritur, augmentatur, et simile sibi reproducitur.

Homo exercet potentiam [I] æstimativam per sensus ut bruta; per traditionem, credendo; per ratiocinium, videndo; atque cum hoc tantum hominis proprium fuerit inventum, ipsi veteres Philosophi hominem definiebant = Animal rationale =. Exercet homo potentiam suam [2] motivam, per modum imperantis; liber enim est ad distinctionem belluarum; per modum effingentis, quando nempe res dividit, et aliter ac sunt componit, quemadmodum tot et tanta effinxerunt Poetæ, dicti ideirco phantastici: eam exercet per modum exequentis, musculis corporis sui utens. Hinc a Gallo Scriptore definitur homo: = Intelligenza servita da organi = (De Bonald). Reminiscentiam tandem exercet homo intus per repetitionem eorum, quæ memoriæ suæ mandavit; foris vero per significationem, sive per verbum traditum, aut scriptum. Unde veteres definiebant etiam hominem = Animale parlante =.

[3] Quæ tres hominis potentiæ, cum tam late pateant præ illis, quibus gaudent belluæ, concludere possumus cum auctore superius laudato = Tuttociò ben dimostra l'eccellenza della nostra natura, e la distanza immensa, che la bontà del Creatore ha messa tra l'uomo e la bestia: l'uomo è un essere ragionevole, l'animale un essere privo di ragione. E siccome non vi è nulla di mezzo tra il positivo e il negativo, siccome non vi sono esseri intermedii tra l'essere Ragionevole, e l'Irragionevole egli è evidente che l'uomo è di natura interamente diversa da quella dell'animale, e che a lui non somiglia, che per l'esteriore, e che a volerlo giudicare da questa sola materiale rassomiglianza è un

lasciarsi ingannare dall'apparenza, è un chiudere gli occhi al lume, che dee farcela realmente distinguere = (Man. di Stor. Natur.)

Articulus 3

De earumdem potentiarum subjecto.

A.) Deve esservi un soggetto di esse potenze sopra la di cui natura vi ha tre sentenze; esso però non è nè i muscoli, nè i nervi, nè lo stesso corpo dell'uomo.

Hucusque ex eo quod sive de hominis corpore, sive de ejusdem hominis operationibus disputavimus merito concludere, volumus, hominem plures habere potentias, quas, cum D. Augustino, tres esse diximus, Intellectum nempe, Voluntatem et Memoriam, sive Vim Estimativam, Motivam, et Memorativam.

Huc autem quum nos pervenerimus, facile est videre hujusmodi potentias stare non posse sine aliquo subjecto, cui inhæreant, quodque veluti exornant. Quidquid enim agit, agere poterat; nec entis alicujus possibilis attributum esse potest, vel minima vis activa.

Sed in decernendo hujus Subjecti existentis natura non consentiunt Philosophi. Alii enim subjectum prædictarum potentiarum esse volunt ipsius hominis corpus, vel aliquam ejusdem corporis partem: et dicuntur Philosophi Materialistæ = Filosofia, ut quidam scribit, che regnava da despota nel secolo XVIII, in quel secolo fatale, chiamato dal S.r De Maistre: una delle più vergognose epoche dell'umano spirito = (Veri principj. cap. 12.). Alii vero præcipua nempe veterum ac recentiorum Philosophorum pars, Subjectum prædictarum potentiarum natura diversum esse prædicant a quovis corpore; atque ideo dicuntur Philosophi Spiritualistæ. Alii insuper non defuerant, qui utramque sententiam dixerunt esse probabilem, claudicantes veluti inter duo illa extrema, atque hæsitantes: qui proinde hac super re [illegible] Pyrronistæ dici [illegible]: = Un Inglese per nome Locke ed un Francese per nome Voltaire vennero affaticati in dar credito a questa idea. Ma presso i saggi essa non ha fatto fortuna = (De Feller. Cat. Filos. To. 1. lib. 2. cap. 1.).

Sed tales sunt corporis nostri vires, ut neque musculi, neque nervi, neque ipsum hominis corpus dici potest cum Materialistis illarum potentiarum subjectum, quas supra recensuimus.

Nam si juxta Adversarios musculorum irritabilitas radix esset, ac veluti fons, unde originem haberent tot hominis judicia, ac volitiones, ac memorationes, nunquam viderentur homines [illegible] crediti esse ingeniosi in ratiocinando, deliberando, ac memorando illis homunculis qui vel valde infirmi vel valde sunt debiles. Nec ipsa nervorum sensibilitas, sive immo, irritabilitas est, unde fit ut homo intelligat, velit et memoret. Juvenes enim etsi adulti

sensibiliores, inferiores tamen sunt istis in prædictis operationibus: sic quam maxime inferior est in eadem materia sexu virili, fœmmineus sexus; etiamsi sit eadem summopere sensibilior. Quod si adversariorum sententia vera esset, quo quis sensus suos acueret, atque perficeret, eo magis promptus esse deberet ad operationes intellectuales. Sed experientia obstat: jam enim Sallustius suo tempore notabat: = Impedit consilium voluptas, rationi inimica, ac mentis ut ita dicam, perstringit oculos =. Eduardus vero Young: = La ragione scema di forze in proporzione, che si va dilatando l'impero dei sensi = (Lett. 1. intorno al piacere). Et celebrior Gioja: = A misura che nel nostro animo prevalgono i sentimenti, le idee si offuscano, ed a misura, che il sentimento decresce le idee sogliono essere più chiare = (Ideologia to. 1. part. 1. sart. 1. cap. 1.). Falsum igitur affirmant Adversarii dicentes aut musculos aut nervos illarum potentiarum esse subjectum, quas superius in homine notavimus.

Nec minus fallax est eorumdem opinio, qua alterum hominis corpus secundum esse dicunt, utpote subjectum, de quo nunc disputamus.

Nam ut laudatus Gioja scribit: = Vi ha individui, nei quali le funzioni automatiche sono in ottimo stato, v. gr. digestione pronta e perfetta, e corpo grosso, grasso, e colorito, e sano dappertutto; e tuttavia sono i medesimi idioti, ossia in uno stato in cui è nullo l'esercizio delle facoltà intellettuali = (Ideolog. to. 1. parte. 4. cap. 13. §. 3.) Quum non desint, notabimus cum Vireij, infirmi, = Nei quali l'ostruzione dei visceri impedendo la nutrizione e l'accrescimento, dimostrano tuttavia una penetrazione di spirito, una elevazione di idee, che non avevano dapprima =. Postremo dantur homines figura deformi, et tamen ingenio prompti; quando alii alii bene formati, attamen ingenio sunt tardi

Falsa est igitur opinio qua Adversarii vel corpus humanum, vel aliqua ejus pars subjectum esse affirmant earum potentiarum, de quibus supra dictum est.

Nè lo può essere; gli argomenti contrarij non sono che pure verosimiglianze; sicchè il Materialismo avversa la esistenza e la possibilità delle esse.

Insuper tam longe est quod subjectum Intellectus, Voluntatis et Memoriæ, illud nempe, quod in nobis intelligit, vult et memorat sit hoc corpus nostrum, vel aliqua ejus pars, quod immo nec esse possit.

Quod facile est cognoscere, ubi aliqua comparare velimus ex illis, quæ nos intelligimus, volumus ac memoramus cum certis corporum proprietatibus.

Manifestum porro est, quod nos per potentiam Æstimativam, sive per Intellectum cognoscimus corpus nostrum, quod constat partibus extra partes positis, quarum unaquæque proinde habet capacitatem extra quamcumque aliarum partium capacitatem. Ast cum nihil operetur ubi non est; consequens est, quod corpus nostrum partibus constet partibus, quarum unaquæque nonnisi intra seipsam operare possit.

digirer, ut cum quodam Auctore loquamur. = Da tale ragionamento si rac ad evidenza un vero, bellissimo, e indeclinabile; cioè che l'esteso non può sentire l'esteso = Perocchè l'esteso ha sempre le parti sue l'una fuori dell'altra, e una parte non si stende dentro l'altra; se però se una parte sentisse, il suo sentire sarebbe fuori del sentire delle altre parti; ed il senso che avrebbe un punto assegnabile in esso, sarebbe fuori del senso di tutti gli altri punti = (Rosmini. Antropol.).

Manifestum est secundo, quod nos cognoscimus simplicia, unde merito scribit Ventura: = Chi potrà mai dire senza divenir ridicolo: il mio pensiero è lungo, è stretto, è largo, è rotondo, è quadrato: ha la tal forma e colore? Il pensiero è semplice =. Ast cum eodem prosequendo = Come trovar il semplice nel composto! Esiste forse un effetto dove non vi ha causa? Esiste l'essere nel nulla? = (Vià che lo spirito il cuore = vol. 1.).

Manifestum tertio est nobis, quod nos per comparationem cognoscimus rerum relationes. Verumtamen antequam instituatur comparatio, oportet ut res ipsae comparandae jam fuerint cognitae ab uno eodemque principio, a quo earumdem differentiae requiruntur. Quod minime haberi potest in corpore aliquo ex cujus partibus unam rem cognitam haberet, altera vero alteram. Unde laudatus Ventura ajebat: = Se l'essere è composto non si potranno raccogliere le sensazioni in un sol punto, non si potrà mai essere consapevole di tutte, non si potrà mai ravvicinarle, confrontarle giudicarle = (ibid.)

Quoniam igitur cognitio extensorum ac simplicium, eorumque comparatio cum proprietatibus corporum componi non possunt, consequens est Adversariorum sententiam veram esse non posse.

Quod iterum apparebit, ubi aliqua voluntati nostrae opera perpendere velimus.

Il solo Fondator del Cristianesimo, per parlare col dotto Barbeyrac: = Ha ristabilita la morale in tutta la sua purezza, e ne ha pienamente scoperte le sorgenti = (Prefaz. sopra Puffendorf §. 8). E se dopo alcuni spacciaronsi per inventori di verità morali, ciò avvenne con le spoglie dell' Evangelio; glielo rinfacciava loro S. Ambrogio. Lo stesso Rousseau non mancò di confessare: = Io non so, diceva, perchè vogliasi attribuire ai progressi della Filosofia la bella morale de' nostri libri: Questa morale tratta dal Vangelo era Cristiana prima di essere filosofica =.

E della Dicelogia Scolastica, notiam solo, che essa era in troppe sottigliezze involta; ne' pensiamo alla morale nuova, senza risentimento per la sua [illegible] all' Epicureismo. Quando che parlando della necessissima, ammiriamo [illegible] [illegible] istrutta a spalle altrui si avvicinerà a gran passi alla verità nelle sue massime, alla solidità ne' suoi insegnamenti, alla chiarezza nelle sue proposizioni ...

(*) Merito delle Dicelogia di diversa origine ed operazione.

Che se qualche cosa vogliasi dire del merito delle Dicelogie tra loro diverse a motivo della origine, o della operazione; assai minor difficoltà v' incontreremo.

Diciamo adunque che la dottrina morale oscura tanto vale, quanto l' autorità di chi l' insegna. Che se Dio ne sia il Rivelatore, il merito suo non ha pari. La dottrina morale chiara poi, quando sia logicamente [illegible] dedotta essa ha il primo posto dopo quella insegnata da Dio, perchè alla ragione appoggiata la quale è un lume riflesso, o una emanazione della eterna sapienza. Che se la oscura manca di una pienezza di luce, ha però sopra la chiara il vantaggio di conciliarsi con la libertà dell' uomo. La morale vera equivale alla rivelata da Dio, ed alla dedotta dalla ragione. Per contrario la morale fallace, secondo che più o meno

difettosa, più o meno pure lo sviluppo impedisce dell'umana perfezione. La morale servile discuopre un pedante nel suo seguace, o un sempliciona da compatire: quando che la ecclettica, se per molti è commendabile, per assai più è pericolosa.

Nè occorre di dire, che la Diceologia generale sopravvanza quale sia altra morale, e perchè maggiori lumi contiene, e perchè le verità unite si dan lume e forza vicendevolmente.

Numerus

Quæ et quot sint Diceologiæ partes

A.) In più volte conviene fare questo studio.

E questa scienza morale, che in se considerata ha tanto merito non la si può dimostrare con una semplice operazione.

Imperciocchè per far conoscere quali sieno le cose da farsi all'uomo onde egli possa toccare a' suoi fini, ossia per dimostrare i doveri dell'uomo, fa d'uopo partire da diversi punti, fa d'uopo ricorrere a varie premesse, fa d'uopo di una catena di sillogismi.

Quindi non in una sol volta, non di un sol passo, ma di grado in grado, ma partitamente si deve studiare a questa importantissima scienza.

B.) Vedute secondo cui questo studio dividere.

Anzi nulla più riuscendo facile a intendersi di quello che va a seconda della natura, secondo le seguenti vedute noi ci faremo a studiarla.

L'uomo ha dei fini; vedrem dunque da prima che perciò a lui incomba: ha l'uomo delle forze, vedremo perciò in secondo luogo, se per queste siano a lui necessarie delle operazioni: ha l'uomo forze e fini diversi vedrem perciò ultimamente se per questo gli convengano delle misure.

C.) Parti in che per noi dividesi siffatto studio

In tre parti per conseguenza verrà da noi diviso lo studio della Diceologia; nella prima delle quali tratteremo della conseguenza dei fini; nella seconda delle conseguenze delle forze nella terza delle conseguenze della diversità dei fini, e delle forze.

E la prima parte intitoleremo delle intenzioni; la seconda delle opere; la terza delle regole loro

Caput Primum

De Intentionibus.

Num. 1

Utrum homo ad sui perfectionem aliquid velle, sive intendere debeat.

A. Requiritur ut homines velint sive intendant.

Ex illis, quæ in Teleologia disputavimus perspectum habemus hominem plures habere fines, ac plures vires possidere: immo inter vires quas ipse possidet, meliorem notavimus esse libertatem, qua ipse agere potest; cujus vi dominium habet suorum actuum, et cujus exercitio veluti causa est atque origo quamplurium affectionum, quibus identidem afficitur. Et nihilominus, si fines suos obtinere non valeret, miser semper esset.

In Teleologia pariter perspectum habemus, neminem a Deo creari ad sui miseriam ac perniciem: ac omnium operum primam regulam esse Divinam Sapientiam ac Voluntatem. Hæ nobis sunt veluti totidem axiomata.

Unde si concludamus oportet sed cum ita sint, hæc duo consequuntur: 1° Deum velle hominem ipsum suam intendere perfectionem; 2° officium ipsius hominis esse perfectionis intentionem ac voluntatem.

Deum hac de re indifferentem supponere, tyrannidis esset illum insimulare; hominem e contra licite hac de re indifferentem esse posse adfirmare, creaturam a Creatore esset credere independentem.

Requiritur igitur ut homines aliquid velint sive intendant ad sejpsos perficiendos.

3) Primo in hoc quod velint homines, unicum habet eorum objectiva perfectio.

Nec tantum Divina ac humana perfectio requirunt ut homo aliquid velit, sive intendat: verum etiam ex eo quod homo ipse, suam exerceat voluntatem, ex hoc ipso omnis subjectiva perfectio originem trahit.

Enimvero, si quis nesciens utique aut invitus aliquid fuerit operatus, quæcumque sit illa opera, nec in laudem ipsius, nec in opprobrium reddit. Unde merito scribit quidam Auctor: = E' con la volontà, che il soggetto intelligente diventa autore delle sue azioni: senza di questa può bene svolgersi in lui una lunga serie di fenomeni, ma tutti questi fenomeni, che si svolgono e succedono in lui qualunque siano, non hanno ancora lui stesso per causa, se egli non

è intervenuto con la sua volontà: egli non è stato in certo modo, che la scena dove attori stranieri hanno giuocato un dramma, a cui egli non prese parte, come attore, ed è stato al più un semplice spettatore.... poichè l'uomo non può essere moralmente buono, se egli non è la causa, l'autore del bene morale, che in lui si predica = (Rosmini: Filosof. della Mor. vol. 1. fasic. 1. cap. IV. art. 6.). Atque hoc in sensu dicebat J. C. Dominus noster: = De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, falsa testimonia, blasphemiæ = (Mat. 15. 19). Indicans sic nobis, in voluntate, sive in corde nostro originem habere tum bona tum mala nostra; ac proinde ex ipsa nostra voluntate omnem nostram perfectionem subjectivam derivare.

= È vero, che noi non possiamo amare le cose, che ci sono ignote: ma colla cognizione siamo obbligati di tirare l'oggetto all'intelletto, quando la volontà uscendo da se medesima l'abbraccia e s'unisce a lui; e comincia dove finisce la cognizione = (Mansolié: Trat. della vera Orag. parte 2 cap. 1.). = Che se l'uomo possiede la potenza di contemplare, questo contemplare non è che il primo passo ad agire; nè contemplando solamente l'uomo si migliora: ma il migliorarsi conseguita al modo di operar volontario = (Rosm. loc. prefis.).

Verum igitur est quod dicebamus omnis nempe perfectionis subjectivæ initium haberi per voluntatem...

Omnia denique opera externa bona sunt, aut mala, prout bona vel mala fuerit ipsa hominis voluntas.

Nec in his tota adhuc voluntatis, sive intentionis continetur excellentia.

In tantum enim opera externa sunt humana, in tantum laude vel vituperio sunt digna, in quantum non solum fuerint volita, sed etiam in quantum vel a recta vel a prava voluntate fuerit decreta. Nam ut tradit Aquinas; = Id quod est ex parte voluntatis se habet ut formale ad id, quod est ex parte exterioris actus; quia voluntas utitur membris sicut instrumentis, neque actus exteriores habent rationem moralitatis nisi in quantum sunt voluntarii = (1. p. quæ: 18. art. 6.).

Hinc S. Augustinus, sequens monitum merito dabat = Neque valde attendas, inquiebat, quid homo faciat, sed quid aspiciat, cum facit = (in Ps. Et Richardus Victor sapienter ajebat: = Quod corpus est sine vita, hoc est opus sine bona intentione = (Lib. 1. de statu interi. hom. cap. 1.).

Sed melius omnibus hanc veritatem illis verbis edocuit Christus, ubi oculum ponit pro intentione: = Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit = (Mat. 6. 21)

Et sic Phariseos objurgabat: = Væ vobis hypocritæ, quia mundatis quod de foris est calicis et paropsidis, intus autem pleni estis rapina et immunditia. Pharisæe cæce munda prius, quod intus est calicis et paropsidis, ut fiat id quod de foris est mundum = (Mat. 23).

Nec silentio nobis omittenda videtur S. Gregorii similitudo, qua hanc ipsam illustrabat veritatem, in qua charitatem ponit pro vera intentione: = Ut enim, ait, multi arboris rami ex una radice prodeunt, sic multæ virtutes ex una charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis = (Hom. 27. in Evang.).

Tanta utique est necessitas voluntatis, sive intentionis in hominibus ut suam possint consequi perfectionem.

Numer. 2.

Utrum unum atque idem sit homini hoc vel illud intendere ac velle.

Ad hominis perfectionem non est indifferens res hoc, vel illud velle

Quoniam autem homini est necessarium ut seipsum perficere valeat, quod ipse intendat ac velit; ut enim S. Bern. ajebat, = Totum meritum est in voluntate = (Epist. 77); hic et nunc videndum est nobis, utrum unum atque idem sit homini perficiendo hoc vel illud velle.

Quod utique per partes examinantes dicimus in primis, eidem homini nequaquam rem esse indifferentem in hunc vel illum intendere finem, atque hoc vel illud velle. Nam si hujusmodi res daretur, tunc fines, quos existere cognovimus, etiamsi inter se differant, atque alteri ex ipsis sint meliores, alteri vero inferiores, deberent tamen eandem hominibus afferre utilitatem, deberent tamen omnes ac singuli eodem modo respondere divinæ creationi, omnes ac singuli æque sancti ac nobiles haberi in conspectu Dei.

At hac in hypothesi quæ et quanta non essent admittenda absurda! Posito enim quod finis summus, finis medius, et finis infimus, de quibus alibi a nobis est disputatum, æque valere apud Deum Op. M., tunc dicendum esset Deum omnia creare potuisse sive propter semetipsum, sive propter nostram beatitudinem vel subsistentiam; tunc bonum infinitum et bonum finitum idem [illegible] pretium; tunc homo sive in Deo, sive extra Deum perfici posse debere: tunc perfectio et imperfectio, æternum et temporale, permanens et caducum, Creator et creatura haberi deberent, sive quoad Deum, sive quoad nos veluti totidem synonima, veluti unum et idem.

Quæ omnia unicuique vel à ipsa limina philosophiæ salutarit, quam absurda apparere debeat, facile est videre. Nam hac in hypothesi omnia eadeque everterentur ratiocinandi fundamenta: principium contradictionis deficeret necesse esset; nec ulla amplius distinguendi via hominibus remaneret.

Non igitur indifferens est homini quod in hunc vel illum finem intendat, quod hanc vel illam habeat voluntatem. Atque hæc profecto Regius Psaltes respiciebat illam proferens orationem: = Averte oculos meos ne videant vanitatem = (Psal. 118.), vel illam fratribus suis faciens admonitionem = Filii hominum, usquequo gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium? = (Psal. 4.). Quod profecto nunquam dixisset, si unum et idem esset hoc vel illud velle. Atque hac de causa D. August. tradebat: = Non quid quisque faciat, sed quo animo faciat considerandum est = (Lib. 2. De Ser. Dom. in monte. cap. 11.)

Tantum igitur abest ut res indifferens sit homini quælibet intentio, quin potius illico veritas appareat illius sententiæ D. Thomæ: = Morales actus recipiunt speciem secundum id quod intenditur = (2. 2. quæs. 64 art. 7.).

B.) Sed in fines suos ipse homo intendere debet. . . . .

In quos igitur fines opus erit, ut homo intendat? Quibus intentionibus fiet ut homo seipsum perficere possit? Quid ipse velle debet?

Cum quælibet intentio non sufficiat, respondemus, hominem ad sui perfectionem in suos debere intendere fines. . . . .

In tantum enim aliquid completur, sive perficitur, in quantum suos consequitur fines, in quantum eo devenit propter quod fuit divinitus volitum, in quantum illius subditur ordinationi, qui illud creavit. In tantum nempe quævis creatura perficitur, in quantum creatoris sui faciat voluntatem.

Ast D. Op. Max., ut in Teleologia visum est nobis, omnes ac singulas creaturas propter semetipsum est operatus, non quasi aliquid ab iisdem reciperet, sed ut aliquid de bonitate sua eisdem elargiretur; atque ideo voluit ac vult earumdem existentiam.

Igitur homo catenus seipsum perficiet, quatenus huic Divinæ voluntati adhærebit, quatenus idem velit quod vult Deus ipse, quatenus sincero corde quod illis verbis continetur = Non mea voluntas, sed tua fiat = (Luc. 22. 42.) ipse repetat. Quandoquidem finem suam consuetudinem, atque [illegible] intentione homo seipsum perficere poterit. Hoc enim est illi necessarium.

(C.) In ea insuper intendat oportet, quæ sunt ad finem

Hac his concluditur verbis illa, quæ homini necessaria est intentio: insuper enim intendat oportet in ea, quæ sunt necessaria ad eosdem fines obtinendos, vel ut dicit Aquinas, in ea quæ sunt ad finem.

Et ratio hujus rei in hoc consistit, quod eadem Divina Voluntas cui obtemperandum est ad perfectionem obtinendam, eadem est, quæ res ita connectit, et disponit, ut aliquæ ex iisdem obtineantur necesse sit ad alias pariter obtinenda.

Atque huic innixus rationi ajebat Plato: = Non solum probabile, sed penitus necessarium est, eum qui ad aliquid amore afficitur, quidquid cognatum et familiare est amato, diligere = (Lib. 6. de Republ.). Unde merito Benedictus Rogacci scribebat: = L'amore di qualunque persona, ove sia intenso, e gagliardo, non si ferma in lei sola, ma spinge l'amante ad amare altresì, quasi oggetto secondario e di concomitanza, tuttociò che ha connessione con quella persona, e da lei viene amato = (Dell'uno necessario part 3. cap. 12.) Atque ex hinc originem habuit illud effatum: = Qui vult finem vult et media =

Homo igitur, qui intendere debet, non pro lubitu suo, sed in fines certos ac determinatos intendat oportet, et in omnia ea insuper quæ ad eosdem fines obtinendos sunt necessaria.

Numerus 3

Utrum homo eodem modo debeat in suos tendere fines

A) Non eodem modo ferri debet in fines suos.

Etiamsi autem homo ut seipsum perficere valeat, tum in fines, tum in ea quæ sunt ad eosdem fines obtinendos necessaria, intendere debeat; hoc tamen eodem modo non est faciendum illi:

Sed potiori modo atque excellentiori tendat oportet in finem superiorem ac principalem, inferiori autem in inferiores.

Quoniam igitur = Semper id quod est per se, majus est eo quod est per aliud = (2. 2. quæ. 23. art. 6.); ut tradebat Aquinas, consequens est, diverso modo hominem [illegible] debere in Deum, ac diverso in suam perfectionem, et substentationem

B) Sed Deum amare debet propter semetipsum, aliaque propter Deum.

Propterea [illegible] = Modus actionis oportet, quod respondeat proportionaliter fini = (1. 2. quæ. 4. art. 4), ipso modus, quod opus est homini hinc intendendo, fit nobis manifestus

Nam quoniam illud quod est essentialiter bonum, ubi sit amandum non propter aliud, sed propter semet ipsum amari debet; et illa e contra quæ sunt per participationem bona, ubi sint amanda, non propter se, sed merito illius quod [illegible] essentialiter tale: consequens est quod homo ad Deum aspirare debet, quia bonus in se; ad alia vero quæcumque in ordine ad Deum ipsum.

C) Non tamen in Deum continuo intendat oportet.

Nec ideo arbitretur aliquis mentem suam hominem in Deum convertere

continuo debere: utinam id præstare posset, sed infirmitate qua afficitur, huic prorsus impar est.

Qua de re sic tradebat Aquinas: — Non oportet quod semper aliquis cogitet de ultimo fine, quandocumque aliquid appetit vel operatur; sed virtus primæ intentionis, quæ est respectu ultimi finis, manet in quolibet appetitu cujuscumque rei, etiamsi de ultimo fine actu non cogitet. Sicut non oportet, quod qui vadit per viam, in quolibet passu cogitet de fine = (1. 2. quæ. 1. art. 6.).

Quanto intentione

Caput Secundum.

De Operibus.

Num 1.

An homo præter intentionem debeat etiam operari.

A.) Quod homo operetur, rerum essentia postulet.

Hic autem homo non solum ad fines suos adspirare debet, non solum intendere, sive velle: sed alia etiam ipse debet præstare, sed alias sui potentias ipse debet exercere quarum usu est, quod nos dicimus operari.

Et revera res est prorsus manifesta, præter potentiam electivam, inter vim intendendi, præter nempe voluntatem, aliis quoque hominem præditum esse potentiis sive facultatibus.

Ast quis est cujuslibet potentiæ finis? Quis quamlibet potentiam est homini elargitus? Cujuscumque potentiæ finis est actus, quo ipsa exercetur, est quo quod ipsa exercitur. Nec Deus Op. M. dici unquam potuerit potentias fuisse homini elargitas, quibus homo ipse non esset usurus. Quoniam si sic de Deo quis putaret, jam non donum dici collatio potentiarum, sed sarcina gravis, sed onus prorsus superfluum. Quod absurdum est omnino.

Essentia igitur rerum expostulat, ut homo præter intentionem, insuper operetur.

B.) Quod homo operetur, ipsius voluntatis exercitium expostulat.

Postquam ex ipsis modo etiam ab essentiis rerum, quod homo præter intentionem debeat etiam operari, noverimus statim si conditiones scrutari velimus quibus opus est ad intendendum, sive quæ necessaria sunt ad voluntatem exercendam.

Quid igitur experientia nos docet requiri, ut hoc vel illud velle possimus? In hunc vel illum finem capaces efficiamur adspirandi? Experientia quotidiana constat, in tantum nos aliquid determinate velle, in quantum illum antea determinate cognoverimus. Proindeque ad voluntatis exercitium prærequiritur aliqua mentis nostræ operatio.

Unde merito scribebat Aquinas: = Primo intellectus apprehendit finem deinde voluntas fertur ad finem = (1.2 quæst. 8. art. 2).

Satis superque inyuper nobis notum est, omnem hominem a nativitate pronum esse in malum; nec quemquam recte intendere posse, nisi sua devicta concupiscentia, nisi suis frenatis passionibus.

Ipsa igitur voluntatis nostræ indoles requirit ut aliquas homo faciat operationes.

(2) Ipsa denique scientia et mortificatio aliquas in homine præexigunt operationes.

Tandem vel ipsa scientia, vel ipsa mortificatio, quæ utique sunt duæ operationes ab invicem distinctæ, ipsæmet fieri non possunt, nisi et aliæ ante factæ fuerint ab homine operationes.

Ut enim aliquis sive intelligere valeat, sive suas mortificare passiones, existat necesse est: et neminem latet quot et quantæ in dies et horas fiant in humana familia existentiæ gratia.

Atque ideo apud omnes illud Jobi dictum est acceptum: = Homo nascitur ad laborem, ut avis ad volatum = (Job. 5. 7.): et illud Salomonis: = Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium divitias parat = (Prov. 20). Hinc Laurentius Justiniani Patriarcha, otiosum hominem similem dicebat aquæ quæ cum careat decursu et jaceat in foveis, putrescit.

Homo itaque ad sui perfectionem non tantum opus habet intentionibus verum etiam operibus.

Numer. 2.

Quæ et quales operationes sint homini necessariæ.

---

1) Operationes ad discutiendam ignorantiam necessariæ

Quodcumque opus autem non est ex illis, quæ homini necessaria sunt ad volendum.

Ad discutiendum ver. gr. ignorantiam præcipue, quæ sequuntur opera fieri debent. — Aliqua enim cognitio tunc obtinetur, quando res cognoscenda suis subjicitur regulis, sive principiis, quando res cognoscenda mensuratur, quando necessaria facta fuerit comparatio. Hinc illud effatum commune fuit antiquis: = Quod est incomparabile, est incomprehensibile = Res insuper cognoscenda, si sit materialis et corporea, aut sub nostris, aut sub alienis cadere debet sensibus: quod si ipsa res cognoscenda simplex fuerit atque spiritualis, verbo aut auriculari, aut visuali debet nobis repræsentari, sive designari etiam suffi cit aliquas ponere personas, quæ per utrumque verbum alios edoceant res ipsas spirituales, nisi eo deveniamus ut Deus ipse fuerit, qui primus homines edocuit,

ut alios postea verbo et exemplo instruere possent. Catena enim retrograda in:finita nihil prorsus est, cum infinita non sit pertransire.

Quapropter quę opera necessaria sunt ad tollendam ignorantiam reducuntur ad hęc tria capita: ad comparationem nempe, ad instructionem humanam, et ad Divinam revelationem.

Atque hic utique suas habet radices ac basim quę communiter dicitur Potestas Spiritualis, sive Ecclesia docens: atque sic in rerum natura eandem potestatem dicendum est inniti. Atque hic etiam absurditas eorum fit manifesta, qui omnimodis Divinę Revelationis necessitatem oppugnare conantur.

Atque hęc dicta sufficiant quoad opera necessaria ad hominis ignorantiam tollendam.

B.) Operationes ad coercendam concupiscentiam necessarię.

Quod si ad ignorantiam tollendam prędictę operationes fiant oportet, alię etiam operationes necessarię sunt ad concupiscentiam refrenandam.

Cum enim fines ad quos homo debet adspirare, diversi sint ab illis, ad quos concupiscentia illum inclinat, in tantum homo ipse recte intendit ac vult, in quantum concupiscentię motibus minime obedit, in quantum concupiscentiam suam reprimit, in quantum ipsam mortificat. Hoc autem in frustra sperare est ab homine, nisi aliqua adjungatur causa, quę aliquod idem afferat auxilium, quę illum excitet ac moveat, ita ut ipsam mortificare valeat: quę veluti pondere suo illum iterum, atque iterum ordinet ac regat. In vanum enim quis expectaret ex tribulis ficus, aut ex spinis uvas. — Sarebbe questo un pretendere, che = La diga nasca dal torrente = (Da Rosa li. Legis prim. v. B. cap. 1.). Neque cujusmodi causa, quę efficacia sua inducere debet, ac veluti accommodatum facere hominem ad coercendam concupiscentiam aliunde originem habere potest, quam ab ipso Creatore. Ipse enim solus verum Dominatur, ipse enim solus infirmitati nostrę mederi potest. In quovis alio ente, cujusmodi causa justificans, non collocatur, quin homo a Domino suo subtrahatur, et falso subjiciatur; quin proinde sua in ipsum exerceatur tyrannis.

Propter quod ad tria etiam reducuntur quę precipue ad concupiscentiam coercendam apparent necessaria; ad mortificationem nempe, ad vim coactivam, atque Divinam Reparationem.

Atque ex hinc etiam necessitas apparet illius, quę communiter dicitur Potestas Secularis, sive Principatus, nec non absurditas illius opinionis quę jamjus abhinc annis tot ac tantas ingeneravit lites et bella. Qua opinione reges dicuntur non per Deum, sed per suos regnare subditos, qua homo non Deo sed homini subjicitur.

G) Operationes ad subsistendum necessariæ.

Vel ipsa tandem hominis subsistentia non perdurat nisi aliquibus munda operationibus.

Ut enim Dnus̃ de Rivier tradebat: = Viver senza consumar non possiamo, la nostra esistenza è un perpetuo consumo, che la necessità stabilisce degli alimenti = (L'ordine della Società, to. 2 cap. 1.). Vel ipsa temporum inclementia, et indumenta expostulat quibus vestiantur homines, et loca in quibus inhabitent. Quæ omnia eatenus sudore vultus sui sibi comparare student homines, quatenus spes ipsis affulget eadem possidendi: et de quibus illi qui abundant eatenus alios participes efficiunt, quatenus sperant fore ut veniat dies, qua idcirco merces iis sit ipso retribuenda; quatenus nempe Dei timore agantur.

Quod idem est ac si dicatur, tria hæc ad vitam hominis sustentandam omnino requiri. Alimenta nempe ad vescendum, justitiam et misericordiam ad alimenta ipsa comparanda, comparataque distribuenda, atque Religionem ad iustitiam ipsam et misericordiam fovendam.

Quæ dicta sufficiant, cum fusius hac de re fuerit a nobis disputatum in tractatu de Religionis necessitate ad vitam hominis physicam.

Nedum igitur constat nobis hominem operari debere, verum etiam manifesta sunt nobis quæ præcipua sunt illi operanda

Numerus 3.

Quæ et quanta sit earumdem operationum necessitas

A.) Non absolutæ necessitatis.

Prædictæ autem operationes, quibus nobis opus est ut velle ac perficere possimus, non sunt ejusdem necessitatis sed alia est unius, alia alterius necessitas.

Non sunt in primis absolutæ necessitatis nam in tantum hujusmodi operationes haberi debent, in quantum necessariæ sunt ad intentiones, sive in quantum eædem requiruntur ad certos ac determinatos fines volendos. Quapropter non propter seipsas, non intrinsece et absolute, sed propter aliud, hoc est extrinsece et relative sunt necessariæ. Ex quo hoc consequitur, quod respectu nostri nullum habeant meritum intrinsecum, sed tota earumdem præstantia ex eo dependet, quod nos ipsos juvat ad volendum.

Quævis scientia proinde, quævis mortificatio et commercio, inutilis prorsus dicenda est si in hoc deficiat; si nempe minime conducat ad volendum. Atque hac de causa exclamabat Redemptor noster = Quid prodest homini si Mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? =

Cum igitur non propter se, sed propter aliud prędictę operationes fieri debeant, consequens est in primis quod minime sint necessitatis absolutę.

B.) Non sunt ejusdem necessitatis relativę.

Nec hęc eadem necessitas relativa est propria eadem intensione, ac gradu cujuscumque ex prędictis operationibus.

Nam illud quod primum est in aliquo genere, majus est illis quę sunt ejusdem generis. Ex dictis porro manifestum est, quod in tantum homo judicat, in quantum habetur instructio; et in tantum ipsa instructio datur, in quantum habetur Revelatio. Et sic dicito de mortificatione et commestione, quę operationes etiam ultimo dependent a superiora quadam operatione, quę nullam habet superiorem.

Cum igitur inter ea quę requiruntur ad discutiendam ignorantiam, basis sit atque fundamentum Revelatio; inter ea quę requiruntur ad pugnandam concupiscentiam Reparatio, et inter ea quę requiruntur ad protrahendam subsistentiam sit Religio consequens est, quod operationes prędictę ad invicem spectatę alię sint aliis prestantiores. Et quidem perfectiones sunt Revelatio, Reparatio et Religio, postea instructio, coactio et provisio; tandem judicium, mortificatio et commestio.

Quo magis enim res suo appropinquantur principio, eo magis de eodem participant, eo magis sunt perfectę.

Etiamsi itaque operationes hominibus necessarię non sint absolute tales, nihilominus eandem non habent necessitatem relativam. Unde ajebat Aquinas: = Virtus, quę est circa finem se habet ut principalis et motiva respectu virtutum moralium, quę sunt ad finem = (1. 2. quę. 55. art. 3. ad ...)

C.) Neque sunt ejusdem utilitatis

Hujusmodi denique operationes differunt etiam inter se ratione utilitatis non enim quod magis est necessarium, haberi debet etiam, ut magis utile.

Aliud enim est ordo, quo rerum prestantia mensuratur, et aliud ille quo rerum utilitas. Prestantia enim rerum, atque excellentia est secundum naturę ordinem; quando utilitas est secundum ordinem generationis. Finis dirigit, opus perficit. Quo igitur aliquid ampliori modo inservit ad rerum generationem, ac perfectionem, eo magis utile est habendum.

Ex quo fit, quod judicium utilius sit instructione, hęc Revelatione. Ex quo fit, quod mortificatio utilior sit coactione, hęc Reparatione. Ex quo fit ut commestio utilior sit provisione, hęc Religione. Unde Eudemologia, sive felicitas incipit in individuis ab operationibus eorundem. Quo in sensu D. Apost. Jacobus hęc aurea scripsit verba: = Qui perspexerit in legem per

fectam et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit = (Jacob. 1.).

Non sunt itaque operationes, quas superius homini vidimus necessarias, abso-lute necessariae, sed tantum relative; nec sunt eodem modo praestantes aut utiles.

Caput Tertium.

De Intentionum, Operumque Regulis.

Num. 1.

Regole necessarie per l'umana Perfezione.

1.) Disposizioni necessarie per tutta la specie

E qui giunti veniamo a dire dei modi, secondo cui e la specie umana e le sue potenze parzialmente considerate, ed i suoi individui esser devono disposti, onde perfezionarsi.

L'umana specie in primo luogo onde esser possa in via di perfezione, onde cioè non le manchino i mezzi, dei quali assistita sia dessa possibile la perfezione aver deve le seguenti disposizioni.

Consiste la perfezione degli esseri nell'ottenimento de' loro fini, perfezionansi le Creature ragionevoli nell'unirsi al loro Creatore; perfezionasi l'uomo nel ritorno al suo Dio: nell'umana famiglia per conseguenza esser deve conosciuto il Creatore, esser deve palese questo termine augusto; questa verità esser deve fuori affatto di ogni controversia. Ma tale cognizione nell'uom che nasce manca affatto: nè viene egli crescendo che per sentirsi dalla concupiscenza indisposto contro la medesima. L'umana specie per conseguenza esser deve istruita per diradare la nativa sua ignoranza, e deve essere ajutata e custodita contro gli assalti della concupiscenza. La esistenza dell'umana specie richiede alimenti, che la sola fatica sa moltiplicare e rendere sufficienti, e la sola misericordia sa far circolare in considerazione di una rimunerazione avvenire. Vuolsi dunque avere ancora una viva fede in un giudice supremo, che determini all'industria il forte, e pieghi alla compassione il ricco

Per conseguenza, affinchè l'umana specie dir si possa in via di perfezione aver deve nel suo seno le seguenti disposizioni. 1.° manifestazione del fine sommo, 2.° possesso di mezzi, onde riparare alla sua ignoranza, e concupiscenza; 3.° viva speranza in una vita avvenire, che renda amabile l'industria e la misericordia. Senza queste disposizioni in vano l'umana specie pretenderebbesi in via di perfezione.

B.) Disposizioni necessarie per le potenze dell'uomo.

Nè basta aver così sotto un aspetto generale tutta intiera la nostra specie; imperciocchè se le anzidette disposizioni, vogliono essere avuto riguardo a ciò che è proprio di tutti gli uomini, conviene badare ancora che le stesse potenze dell'uomo, o da illuminarsi, o da correggersi hanno esse dei caratteri tutti proprii da non potersi trasandare.

Ha l'uomo la capacità d'illuminarsi, ma egli dapprima è granfatto imitatore, e solchè grado grado considera le verità astratte: bisogna dunque istruire da principio granfatto con esempii, e solchè passo passo dar mano ad astrazioni verbali. Fa da principio maggior impressione sull'uomo un piccolo bene o un piccolo male che esso esperimenta, di quello faccia un bene o male grande avvolto nel futuro, e colla nuda parola rappresentato. Dunque stimolar conviene da principio con beni e mali presenti; e poi mano mano a questi sostituir beni e mali futuri. Da principio le forze motive dell'uomo sono pieghevoli, docilissime: quando che avanzando in età si fan tarde e restie. Conviene dunque avvezzare alla fatica per tempo. Le prime a spiegarsi son le potenze nutritive, indi le sensitive; per ultimo le intellettive o razionali. Conviene adunque dapprima secondare lo sviluppo delle forze fisiche; dipoi contenere ne' suoi limiti la tendenza al piacere; per ultimo illuminare l'intelletto delle verità fondamentali.

Forza delle Abitudini

Ella è pure qualità delle singole potenze or accennate di acquistare una tendenza per quelle cose, in cui si vogliono esercitare, tanto più forte, quanto maggiore ne sia l'esercizio; tendenza, che volgarmente chiamasi abito. Onde il Segur scriveva non ha guari: = Per la forza dell'abitudine il negro sfida gli ardori del tropico; ed il Lappone i ghiacci dell'orsa; il Cenobita per la sua forza sopporta le macerazioni, il contadino le fatiche; e si rende il soldato insensibile allo strepito ed alle minaccie di morte: essa fa pel ricco un bisogno del lusso, una necessità della mollezza: essa rende aspro al sibarita il tocco delle sue lenzuola, e perfino quello delle foglie di rosa: = (Galler. Moral. e Polit. to. 1. dell'abito)

Così esser debbono per conseguenza esercitate le potenze dell'uomo nel bene fino ad abituarnelo.

C.) Disposizioni necessarie per l'individuo

E così provveduta la specie umana, e le singole sue potenze di conveniente disposizione, per gli individui capaci di deliberare e volere, vengono ad essere disposizioni indispensabili le seguenti

Primo: ognuno di tali individui voler deve il fine sommo, ossia intendere alla gloria del Creatore universale, e quanto è indispensabile a questo oggetto medesimo. Onde scriveva l'Aquinate. = Ad rectam autem electionem non solum requiritur inclinatio in debitum finem, sed etiam quod aliquis directe eligat ea quæ sunt ad finem = (1. 2. quæ 55. art. 1) | Direzione.

In secondo luogo ognuno di siffatti individui deve volere il sommo fine per lui stesso ed ogni altra cosa per lui solo. = Proponamus oportet, diceva Seneca, finem summi boni ad quem nitamur, ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat, veluti navigantibus ad sydus aliquod dirigendus est cursus = (Epis. 95). = Il perchè appoggiato a S. Tommaso, (Op. 2. c. 6) nota bene il Padre Massoulié: = Il fine deve essere amato senza misura; e i mezzi non devono essere amati, che in riguardo al fine. Un medico non opera vesta nel desiderio che ha di restituire la sanità all'ammalato; vorrebbe dargliela innalterabile e perpetua, se potesse: perchè dare o conservare la sanità è fine della medicina. Ma non dà rimedj se non quanto sono necessarii al ristabilimento o conservazione della sanità = (Trat. dell'Or. par. 2. c. 2) | Seneca. | Massoulié.

In terzo luogo ognuno di siffatti uomini esser deve verso Dio Signore pio, verso i suoi simili giusto e misericordioso; verso se stesso laborioso e sobrio

Numer. 2.

Regulæ certis personarum conditionibus necessariæ.

1.) Quæ generatim conveniant institutoribus.

Hæc ita dixisse satis est nobis: homines enim ut possint intendere, ac recte, ut superius perspeximus subjiciantur oportet institutoribus, a quibus circa praedictas regulas edoceantur, et rectoribus, a quibus ad earumdem regularum observantiam excitemur. Quapropter videndum insuper est nobis, quid ad unamquamque harum personarum conditionem singillatim spectet: quæ videlicet tum institutoribus et gubernatoribus, tum subditis ipsis conveniant.

Atque de institutoribus in primis disputantes ad tria ea reducimus ea quæ ipsis conveniunt.

Inter homines instituendos, ac proinde ignaros generatim loquendo triplex datur animorum dispositio, imitandi nempe, credendi, atque ratiocinandi;

Igitur institutores generatim sumpti ad officium suum exequendum uti tantum necesse est exempli ad informandos imitatores; veracitate ad instruendos credulos; ratiociniis ad illuminandos ratiocinantes. In personis proinde ad quas ignorantium institutio spectat datur necesse est probitas in moribus, veracitas in dictis, veritas in argumentationibus.

Cumque officium institutorum sit ignorantiam a mentibus discutere, ad eosdem pariter jus spectat vera a falsis decernendi, errores confutandi, ipsosque errantes designandi. Sic edoceant oportet institutores, talibus opus est repleantur virtutibus, atque hæc sua sunt privilegia

B) Quæ generatim conveniant principibus.

Quæ autem generatim loquendo ad gubernatores spectant, ad tria pariter reduci posse arbitramur. = Natura humana, ait D. Thomas, magis est corrupta quantum ad appetitum boni, quam quantum ad cognitionem veri = (1. 2. quæ. 109 art. 2.) atque magis iis alliciur, quæ sub sensibus cadunt, quam ab iis quæ solo intellectu experitur. Quotidiana hæc edocemur praxi

Sequitur ex hoc quod aliqua vi, et quidem sensibili natura hæc nostra est sustinenda, ut secundum regulas quas ab institutoribus suis fuerit edocta, intendat et velit. Quod idem est ac si diceretur: prava hæc natura nostra sensibiliter est corrigenda. Hinc principes missi = Ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum = (1. Pet. cap. 2.). Hinc gubernator non est = timori boni operis, sed mali: vindex in iram ei qui male agit = (Rom. 13. 4.). Merito proinde hanc sententiam protulit quidam Auctor: = La podestà temporale è il potere incaricato di vegliare alla osservazione delle Leggi Divine = (De la Mennais.). Quod illis indicabat D. Aquinas: = Reges sunt totidem vasalla Ecclesiæ =.

Ad sic autem corrigendum oportet ut in personis ad quas correctio spectat inveniatur primo scientia perfectionis; inveniatur secundo cognitio plena delictorum, quæ fuerint a suis subditis commissa; inveniatur tertio talis ac tanta vis, ut eosdem valeant debitis mulctare pœnis, vel honoribus afficere. Gubernatores proinde generatim loquendo, oportet ut sint docti perfectionis regulis, ut sint æqui in demeritis aut meritis subditorum decernendis; atque sint fortes in pœnis aut præmiis dandis

Atque idcirco jus habent principes generatim sumpti ad stabilienda supplicia vitiis, virtutibusque præmia, ad instituenda examina circa personas sibi subditas, atque ad ea media possidenda, quibus opus est ad justitiam faciendam. Hinc summopere est laudandum illud Taciti: = Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt = (Hist. lib. 4. cap. 74.).

Jam institutores non secus quam principes jus habent ad ea, quæ necessaria sunt ad sui sustentationem

C.) Quæ generatim conveniant subditis.

Facilius tandem videntur ea, quæ tum instituendis tum corrigendis, generatim loquendo conveniunt: quid nempe subditi debeant suis præpositis.

Rerum natura fert, ut homines ad discutiendam ignorantiam opus habeant institutoribus; ad refrænandam concupiscentiam, gubernatoribus opus ha-

beant. Voluntas Dei ergo est, quod habeantur tum institutores, tum gubernatores. Nulla potest hac de re fieri controversia, ubi perspecta fuerint quæ superius diximus.

Cum igitur duplex hæc potestas, spiritualis nempe, et sæcularis sit divinitus ordinata, veluti quoddam instrumentum ad hominis perfectionem: subditi generatim loquendo præpositis debent primo reverentiam, secundo obedientiam, tertio amorem.

Reverentiam et obedientiam, cum sint Dei ministri (Rom. 13. 4.); amorem ut muneribus suis fungi valeant.

Qua super re Apostolos Petrum et Paulum scribentes juvat audire: = Sic est voluntas Dei.... subjecti igitur estote propter Deum, sive regi quasi præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis.... non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.... non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem =. ..

Hujusmodi talibus personarum conditionibus sunt igitur regulæ.

Numer. 3.

Regulæ pro aliquibus circumstantiis necessariæ.

---

1) Se sia lecita la bugia.

Prima di rispondere a tale quesito, osserviamo con S. Agostino, che altro è tacere il vero, altro è dire quello che non è, non sapendo di dire il falso; ed altro è dire quello che non è, sapendo di parlare con falsità: imperciocchè nel parlare in quest'ultima maniera soltanto ella vi consiste la menzogna o bugia = Mendacium scriveva quindi il S. Padre est enunciatio cum voluntate falsum enuntiandi - (Lib. de Mendac. cap. 4.)....

Ciò premesso, diciamo che la bugia non è mai lecita, per la ragione, che Dio Signore, il quale è verità essenziale, è il fine dei fini, ossia la regola universale che tutte abbraccia le leggi parziali di agire. Onde Seneca stesso chiamava il sommo fine = Finis est regula cæterorum =; e lo Scozzese Giov. Duns con più precisione lo addimandava: = Finis est regula cujuscumque praxis =. Mai dunque è lecito il mentire, a motivo che viver dobbiamo e perfezionarci secondo quello che è, non mai secondo quello che non è; ed i bugiardi per frasseggiar con Agostino: = Recedentes ab eo quod est, ad id quod non est, declinant = (Aug. Psal. 5.).

Sappiamo bene che alcuni cercano giustificare la bugia col riflesso del vantaggio che torna dal farla: ma non è da dimenticare, che il fine sommo dell'uomo non è la di lui perfezione, non il suo ben essere, non in somma

l'uomo, ma Dio, ma l'Eterna Verità. Ed a Dio per conseguenza noi dobbiamo noi stessi, e non già noi a noi. L'Uomo retto faccia l'offizio suo e poi confidi tutto in Dio: o come parlava il medesimo Santo: = Homo non vivit secundum seipsum, sed secundum Deum qui est veritas = (De Civ. Dei lib. 14. cap. 4.).

Che si dirà dunque di colui, che difende la bugia come utile al commercio, ed agli interessi dell'uomo?

Lo dica il S. Padre medesimo: = Nihil aliud judicandus est dicere, qui dicit aliqua justa esse mendacia, nisi aliqua justa esse peccata. Quo quid absurdius dici potest? Unde enim est peccatum, nisi quia contrarium justitiæ est? Ea vero quæ contra legem Dei fiunt, justa esse non possunt. Dictum autem est Deo: Lex tua veritas. Ac per hoc quod est contra veritatem justum esse non potest. Quis autem dubitet contra veritatem esse omne mendacium? Nullum igitur justum est mendacium = (Lib. Cont. Mend. cap. 15.). Ed il pretesto di avvantaggiare colla bugia equivale all'opinione di far fortuna guerreggiando Dio medesimo.

3.) Se sia lecita la guerra

Prima pure di rispondere a questa dimanda accade facciamo qualche osservazione.

Osserviamo dunque in primo luogo, che l'uomo è in obbligo di vivere finchè il possa: la conservazione di se stesso è per lui un sacro dovere, stantechè senza sussistere non si può rispondere al fine di nostra creazione. Osserviamo in secondo luogo che l'uomo quando si fa a giudicare nel merito di una causa che tra lui verte, o qualche suo simile egli pende in proprio favore, stante che la corruzione assai più lega ai propri interessi, di quello che agli altrui.

Ciò premesso diciamo dunque che trovandosi l'uomo da solo a solo o anche da più assalito, e via non vedesse al proprio salvamento, senza usar forza e sparger sangue, e menar a morte uno o più de' suoi ingiusti aggressori in tale caso egli è lecito il respingere forza con forza, con la morte eziandio del nemico; che se di cotali assalimenti o aggressioni venissero fatte contro una società più o meno grande, in tale caso egli è pur lecito il respingere forza con forza, ma dietro il consiglio e comando di chi essa società regge e governa: sicchè in questo secondo caso la liceità della guerra sfugge il pericolo e della sussistenza e della rettitudine del giudizio. I re per conseguenza avendo l'obbligo di difendere gli averi e le persone de' lor sudditi hanno il diritto di guerreggiare i nemici, e di avere i mezzi necessarii per tal fine. = Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui male agit: non enim sine causa gladium portat = (Rom. 13.).

Fin da che fin dè suoi tempi così scriveva il grande Agostino: = Quid culpatur in bello? An quia moriuntur quandoque morituri, ut dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum = (Contra Faust. lib. 22 cap. 74 pag. 23). Ed altrove: = Pacem debet habere voluntas, bellum vero necessitas. Non enim pax quæritur ut bellum excitetur; sed bellum geritur, ut pax acquiratur = (ad Bonif. Comit. epist. 193.).

Si può dunque lecitamente far guerra quando essa la ricerchi assolutamente la conservazione propria da aggressori compromessa; o quando la ricerchi la salute de' proprii sudditi; o il comando di chi governa, non intendendosi per conseguenza la morte altrui, ma l'obbligo di conservarsi = Hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas = (S. Aug. ibid.).

(C.) Se sia lecita la rivoluzione.

Per rispondere parimenti a questo quesito premetteremo alcuni riflessi:

Dio solo è essenzialmente senza limiti, senza dipendenza, senza obblighi o doveri: e l'uomo da Lui solo creato, da Lui solo è circoscritto, e limitato, da Lui solo essenzialmente dipende, di Lui solo è servo essenziale. Per la qual cosa Dio solamente e nessun altro ha diritti sugli uomini, quando che gli uomini stessi per se non hanno diritti, ma soltanto obblighi e doveri: son queste verità abbastanza chiare per non abbisognar di altre spiegazioni.

Più: essendo la natura delle create cose, e le leggi loro ordinarie opera di Dio solo; Dio solo pure ha voluto e vuole che gli uomini per isviluparsi abbisognano di chi l'istruisca, e di chi li correggá: il potere spirituale ed il potere secolare .. due posti da Dio solo voluti, son due leggi naturali Divine, onde sopra dicevamo con l'Apostolo: = Omnis potestas a Deo =.

Le quali cose ogni poco si vogliano ponderare, affatto spontanea per così dire essa presentasi la risposta, che conviene alla fatta dimanda. A Dio si deve obbedire, a Dio sottostare: dunque nessuna violenza si può usare a quella persona, la quale occupando o nell'una o nell'altra delle due Gerarchie un posto è voluta da Dio, e sacerdote o principe è superiore.

Che se per Divina permissione alcuna delle persone sciapre dai suoi doveri, e prepotente la facesse da tiranno comandando quanto è contrario alle leggi conoscinte di perfezione; in tale caso tutto al più come dice Bossuet: = I sudditi non hanno ad opporre alla violenza de' principi, se non rimostranze, senza sedizione o susurro, ed orazioni per la lor conversione = (Polit. estratta dalle Scritture Parte 1. lib. 6. artic. 2. propos. 6.).

Dottrina che noi Cristiani espressamente abbiamo in quelle parole del Principe degli Apostoli. = Servi subditi estote in omni timore Dominis, non tantum

bonis et modestis, sed etiam discolis. Haec est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens injuste. Quae est enim gloria si peccantes, et colaphizati suffertis? Sed si bene facientes patienter sustinetis: haec est gratia apud Deum.

In hoc enim vocati estis: quia et Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus. Qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore ejus. Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur non comminabatur: tradebat autem judicanti se injuste = (1. Pet. 2. 18.).

Obedientia omnium virtutum mater et autor = (S. Aug. de Civ. Dei).

Nell' ipotesi che il popolo faccia i sovrani il suddito deve loro obbedienza passiva nel bene, resistenza attiva nel male. E nell' ipotesi, che Dio faccia i sovrani i sudditi devono loro obbedienza attiva nel bene, resistenza passiva nel male.

De Bonald.

Logica.

L ...38 30

[illegible]

Horat. Epist. I

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus jurare in verba magistri,
Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes

. . . .

Et mihi res, non me rebus subjungere conor.

Logica

sive

in universam Philosophiam Introductio.

Procemium.

Num. 1.

Quid, et quotuplex sit Logica.

A.) Logica juxta vim graeci nominis idem significat, ac sermo mentis: secundum vero communem loquendi usum Logica illam indicat disciplinam, qua tyrones ad Philosophiae studium parantur.

Nos Logicam definimus proinde primo = Mentis directricem, sive scientiam cogitandi = ; secundo = Introductionem in universam Philosophiam.

(B.) Multiplex autem est Logica, pro diversitate nempe originis materiei ac usus.

Ratione originis alia est naturalis, alia artificialis, ratione materiei alia est generalis; alia specialis; ratione usus vulgaris alia, alia litteraria.

(C) Logica Naturalis illa est, quam unusquisque a nativitate secum portat, alio nomine etiam dicta: Lumen rationis, et Logica initialis. Artificialis vero est illa, quam quisque exercitio sibi comparat.

Generalis dirigit ad cujuscumque veritatis inquisitionem, ac manifestationem: Specialis ad aliqua hujusmodi. Logica Vulgaris est, qua plebei communi vivendi modo utuntur. Litteraria ab Eruditis usurpatur.

Numer. 2.

Quae et quotuplex sit Logicae Utilitas.

A.) Logica generatim spectata quam maximam habet utilitatem.

Eatenus enim homo sua complet officia, suam perficit naturam, Deumque suum debito prosequitur honore, ac pietate, quatenus prius recte noverit officia sua, suamque naturam, ac Deum ipsum. Quod idem est ac si dicatur hominis perfectionem a recto cogitandi modo prorsus pendere.

3.) Multiplex autem est utilitas Logicæ specialim spectatæ, ac quidem diversa pro diversitate aspectus.

Illa enim Logica quæ ratione originis dicitur naturalis, cum sit aliarum omnium radix atque fundamentum, pro omnibus utilis est dispositive tamen, ac veluti in germine: artificialis autem cum sit omnis alia Logica, omnium fere utilitatum est radix, quas homo recte cogitando consequitur.

Logica generalis pluris facienda quam specialis, cum totum majus sit qualibet sui parte. Logica vulgo adhibita pluribus scatet mendis: quæ ex adverso in more est apud eruditos homines, promptior est ac securior in illuminando.

C.) Quæ cum ita sint, non immerito invenimus Aristotelem Logicam appellasse generice spectatam = organum, sive instrumentum sciendi: Tullium vero = Artem artium omnium maximam. =

Sed melius adhuc ejusdem Logicæ excellentia ab illo Augustini sententia apparet, qua fuit dicta = Disciplina disciplinarum, scientiarumque judex et formatrix =

Numer. 3.

In quas, et quantas sit nobis Logica dividenda partes.

A.) In tres partes, ex sententia nostra, Logica dividi oportet.

Cum enim quævis cognitio, quæ est quidem actus sive effectus facultatis in nobis cognoscentis, tres amplectatur partes, triplex pariter sit oportet cognoscendi ars, sive scientia.

Enimvero notio a Philosophis communiter definitur: = Alicujus objecti repræsentatio menti facta =

B.) Igitur dicendum est in Logica de Objectis, dicendum de Repræsentatione objectorum menti nostræ, et menti alienæ.

Quapropter ad Logicam spectat indicare quæ unique sint Philosopho objecta cognoscenda; spectat regulas subministrare quibus objecta ipsa sint cognoscenda, et quibus objecta ipsa jam cognita sunt aliis manifestanda.

C.) Quas tres partes Logicæ appellandas arbitramur: primam dicimus Topicam, secundam Criticam, tertiam Apodicticam.

Proindeque prima officio suo sit Indicatrix; secunda Inventrix; tertia Demonstratrix.

Topica
sive
Prima Logicae Pars.

Articulus I.
De Entibus, eorumque praecipuis differentiis.

Numer. 1.
De Entibus.

1.) Ens possibile et actuale; materiale, et immateriale; ens et nonens.

Ens possibile, et ens actuale (quae etiam dici solent, primum, ens in potentia, secundum in actu) sunt duo inter se distincta, ut in sequenti apparet exemplo. Hic et nunc rosae, cum sit tempus hyemale non apparent in campis nostris etiamsi futurum sit ut appareant tempore vernali;

Hujusmodi autem rosae, quamvis tempore praesenti non appareant sunt tamen = virtute in suis principiis vel suis causis = (Amadeus Bolovius. Declarat. term. difficil.). Hoc propterea evidens est. Illud quod rosae istae sunt hic et nunc, illud est quod dicimus ens possibile, sive in potentia: et illud quod tempore veris erunt est [illegible] (certe) quod dicimus Ens actuale sive in actu. Igitur quod est in suis principiis, ens possibile; quod extra sua principia ens actuale. Qua de causa domus, quam artifex priusquam aedificet jam conceptam habet in mente sua ens erit possibile; et ens actuale, statim ac facta fuerit.

Ens Materiale illud est quod ex pluribus constat partibus simul utique conjunctis, a se tamen invicem distinctis, et quarum unaquaeque extra quamcumque aliam est posita. Quod videre est in corpore nostro, alibique in corporibus nobis circumstantibus. Ens materiale dicitur etiam compositum physicum. Ens vero Immateriale prorsus contrarium est, quatenus ex partibus non constat extra se invicem positis. Hoc ens dicitur etiam ens simplex.

Ens proinde est quidquid est vel in suis principiis sive causis; vel extra quamcumque causam. Non ens e contra cum sit Enti contrarium

non est aliquid, sed nihil, nullam nempe habens entitatem sive in causis sive extra causas.

B.) Proprietates entis possibilis et actualis, materialis et immaterialis rationisque rationes.

Entia possibilia et actualia quasdam habent proprietates, sine quarum cognitione res nec intelligi potest.

Entia v. gr. possibilia possunt a nobis pensari, atque ab invicem distingui. Si pensamus domum, eamque distinguimus ab idea domus quam artifex praeconceptam quidem habet in mente, minime autem manu factam, tamen entia hujusmodi nullam habent capacitatem passivam, aut activam cum nec destrui aut minui possit, nec aliquid sua virtute facere. Verumtamen evadere possunt entia actualia, si ipsa exiscendo tempore vere evadit ens actuale quemadmodum domus ipsa mente praeconcepta per manus aedificatorum domus realis, sive ens actuale evadit. Entia vero extra possibilia facta fuerint actualia non solum sunt verum etiam existunt, quatenus a suis causis foras iverunt: atque proinde quaecumque entia possibilia perducta fuerint ad existentiam, ac si de uno statu ad alium transiverint, consequens est, eadem esse limitibus circumscripta, ac prorsus limitata. Entia actualia vero, quae talia esse coeperunt, cum existentiam sibi non praebuerint, eadem poterant non existere, proindeque non habent existentiam necessariam, sed contingentem. Ex quo fit, ut quodvis ens existens, possit bonum aliquid perdere, cum aliquid facere, quousque sit in actu. Propterea omnia entia actualia in eo quod eorum existentiam constituit duplicem habent capacitatem, passivam nempe et activam.

Entia vero materialia, cum partes habeant extra se invicem positas sunt continua, si eorum partes eo ordine sint juncta se invicem collocatae, ut aliis inter easdem nullatenus poni possint: sunt e contra interrupta si partes eorum ita fuerint collocatae, ut aliis inter ipsas locum habere possint. Ex hoc sequitur quod entia materialia omnia indiscriminatim aliquam habeant superficiem atque extensionem ita ut alia aliis supra poni possint: hinc cum hujusmodi entibus aliqua superficie donatis communiter spatium inane quod est possibilitas locandorum corporum, convenit locus qui est spatii pars, communiter situs qui est pars loci. Immaterialia entia autem, cum non habeant partes extra nexas

positas; nec continua sunt nec interrupta nec aliquam habent superficiem aut extensionem, et neque ipsis superponi extensa possunt. Ex quo fit, ut cum entia materialia aliis ejusdem generis imposita vel spatium vel locum, vel situm impleant, entia immaterialia atque inextensa, et simplicia e contra nullum spatium, aut spatii partem implent, aut occupant.

Praedictae autem entium proprietates occasionem praebuerunt aliquibus viris aliqua proferendi, quae in rerum natura fundata sunt, veluti totidem manuductiones tyronum. Cum enim entia possibilia excogitentur de non ente Philosophi dixerunt = Nihili nulla est scientia =. Cum entia possibilia nullam habeant capacitatem activam, dictum fuit = Nihil est sui ipsius causa et effectus =; = A posse ad actum non valet illatio =. Cum nihil fiat hoc est existentiam acquirat quin prius fuerit in suis causis, quin prius fuerit possibile, dictum est = Omne ens possibile est ens initiale =; atque possibilitates entium dictae sunt essentiae rerum. (Res importat ens existens). Cum entia possibilia nulla capacitate passiva gaudeant gaudeant vero entia actualia, dictum est = Essentiae rerum immutabiles, quidquid existit mutari potest =. Cum tandem entia actualia capacitatem habeant activam, dictum est = Omnia quae existunt vim aliquam habent, nihili autem nullae sunt proprietates =. Quoad vero entia materialia cum ex pluribus constent partibus extra se invicem positis, merito dictum fuit a Philosophis, omnia extensa per dissolutionem partium perire minime vero simplicia cum partibus careant extra se invicem positis; atque materialia esse in spatio occupando superficiem hoc est per circumscriptionem, extensive, simplicia vero non nisi definitive, nullatenus superficiem occupando. Cum vero omnia entia existentia sint determinata, sive limitibus circumscripta, multiplicia eadem esse posse merito Philosophi tradiderunt.

) . Existentium status; eorumdem relationes, ac Ens entium.

Entium autem existentium alii, atque alii sunt status, quos ignorare Philosophum omnino dedeceret.

Quidquid existit cum sit aliqua essentia cum capacitate, ac proinde cum secundum essentiam ipsam sit immutabile, secundum autem suam capacitatem sit mutationibus subjectum, merito a Philosophis facta fuit divisio entis existentis in substantiam, et accidens,

atque si per Substantiam illud designatum fuit, quod in ente existenti est immutabile, et per Accidens illud quod est mutabile. Hinc substantia cum sit in se, ac per se, dicitur subsistere; accidens vero cum sit in alio, ut albedo est in pariete, dicitur inesse ac inhaerere. Eadem de causa D. Thomas vocabat substantiam Ens simpliciter, accidens vero Ens secundum quid. Quidquid existit insuper vel patitur, vel agit: si primum Subjectum dicitur, si secundum Causa: Effectus vero dicitur illud quod per ejus actionem fit. Multiplex autem est ipsa causa: si sit causa ex qua, ut panis ex farina, dicitur materialis; si sit causa cum qua, ut panis fit cum manibus, dicitur Instrumentalis; si sit causa secundum quam, ut panis fit secundum ideam mente praeconceptam, dicitur causa exemplaris; si sit causa a qua, ut panis fit ab homine, dicitur causa efficiens. Praeterea vel causa efficiens, quę aliquid producit secundum aliquam formam, vel ignorans hoc facit, vel sciens sine libertate, vel sciens cum libertate. Si primum, plantam, si secundum Brutum, si tertium personam dicimus. Unde Aquinas ajebat: = Omne subsistens in natura intellectuali, vel rationali est persona =. Quidquid existit denique cum non a se ipso sed aliunde habuerit ut existeret, quomodocumque idem supponatur agere, nunquam tamen aliud est quam agens secundarium, ac veri causa non jam per essentiam, sed per participationem. Hinc merito a Philosophis quaevis causae creatae nomine generico appellantur causę secundę.

Ex his autem praemissis facile erit cognoscere, quomodo inter entia dentur relationes: relatio enim est ordo unius ad aliud (D. Tho.).

Cum enim rerum essentię sint forma earum quę fiunt: sic artifex domum facit juxta ideam mente sua praeconceptam: consequens est quod modus operandi cujuscumque causę secundę sit relationis uniuscujusque essentię. Cum ergo in tantum entia existentia agant, in quantum capacitate sunt ornata, consequens est, inter operationem ejusque causam intercedere aliquam relationem: quod si causa fuerit libertatis expers, relatio erit necessaria; si fuerit libera, relatio erit contingens. Sic de entibus loquentes quoad capacitatem inter se comparatis, invenimus relationes aequalitatis, similitudinis, diversitatis, et contrarietatis. Quę quatenus v.g. quę communem habeant tum capacitatem, tum

gradus capacitatis sunt ęquales: similes vero si de communi capaci: tate eosdem gradus haberent; et dissimiles, sive diversę, si eandem capac: citatem minime haberent, quemadmodum essent duę guttę alia aquę, alia vini. Quando vero in uno subjecto tales haberentur qualitates, quę cum qualitatibus alius objecti consistere non possent, tunc duo entia haberentur sibi contraria. Interdum etiam aliquod subjectum cum seipso comparamus, quod nempe hic et nunc est, cum eo quod antea erat. Atque hęc dicitur relatio identitatis. Quod si idem sit cum seipso tum ra: tione qualitatis, tum ratione quantitatis, habetur tunc identitas metaphy: sica: moralis autem identitas habetur si idem sit cum se ipso quoad substantiam, diversum vero quoad accidentia. Ast prę omnibus aliis dignoscit quę a nobis attendatur illa relatio, quę intercedit inter ~~omnia~~ quę existunt, et illud a quo habuerunt ut existerent. Cum enim quidquid existit sit ens actuale per participationem, et non per essentiam, consequens est, quod omnes causę secundę eatenus agunt, quatenus habent a cau: sa prima, quatenus continuo participant de alius virtute: unde fit ut inter causas secundas, et illud ens, a quo habuerunt ut existerent relatio dependentię necessario intersit.

Ens entium tandem; post ea, quę hactenus dicta sunt haud dif: ficile erit considerare. Entia actualia, quę esse cęperunt cum talia non sint per essentiam; Ens entium, a quo omnia alia habuerunt ut exi: sterent, non jam per participationem est, sed per essentiam; proindeque non jam Ens contingens, sed necessarium, non limitatis circumscriptum sed prorsus infinitum; non materiale, sed simplex; non mutabile, sed immutabile; non causa secunda, sed prima; non dependens, sed absolutum; Ens omnia implens spatia, et nullum occupans locum; Ens, quod cum rebus prętereuntibus non pręterit; cum advenien: tibus non incipit; initio et fine carens: Ens nulli ęquale, omni: bus simile, et nihilo tantum contrarium. Ens in omnibus causis se: cundis apprime operans, et tamen idem sibi metaphysice: Ens en: tium, Deus communiter dictum.

Caput 2.
De finibus

A) Potentia et actus; imperfectum; perfectum; finis.

Hucusque modo antehac consideravimus Ens possibile et Ens existens: nunc vero aliqua dicemus de ente nec simpliciter possibili nec plenarie existenti. Quod utique ens appellatur imperfectum, ad cujus cognitionem, quae maxime est negotii serio perpendenda sunt, quae sequuntur.

Quid sibi velit potentia facile est cognoscere post ea, quae superius diximus. Ens, quod coepit existere potest immutari quia contingens; potest aliquid causare quia ens actuale, quia nempe capacitate passiva et activa est donatum. Atque cum ens existens aliquam subit privationem, sive jacturam, hoc fit exercitio suae capacitatis passivae, dum e contra cum aliquem causat effectum, hoc fit exercitio suae capacitatis activae. Porro haec eadem capacitas est, quam nominavimus potentiam; quodque diximus exercitium capacitati idem est ac actus. Cera v.gr. quae potest utique liquefieri, potentiam habet passivam; ignis, qui eam potest liquefacere, potentiam habet activam; illud autem per quod cera ipsa liquefit, et ignis liquefacit est actus, qui aliter respectu cerae dicitur passio, et respectu ignis dicitur actio: qui tamen actus unus est et semper consistit in exercitio potentiae.

Pariter post superius dicta sensus imperfecti et perfecti facile cognoscitur. Quod est possibile etiamsi requiratur ut aliquid fiat existens; artifex enim nullam construere potest domum sine idea domus ipsius mente praeconcepta, attamen quodcumque ens possibile nequit sive in parte sive in toto fieri ens actuale, cum ipsius existentia ex alia causa efficienti absolute dependeat, a se ipso enim ad actum non valet illatio; sed idea domi sive domus possibilis quam artifex mente sua concepit, ab eodem artifice, sive in parte sive in toto existentia donari potest. Porro illud ens possibile quod ex parte duntaxat factum fuerit existens dicitur ens imperfectum; perfectum vero quod ex toto existentia fruit completum. Hinc sic Christianus Wolphius minus recte dixit existentiam esse possibilitatis complementum; jure ac

merito Ab. Rosmini hoc asserit de sola perfectione. Unde D. Aquinas ajebat = Perfectum dicitur cui nihil deest, secundum modum suæ perfectionis = (1. p. qu. 4 art 1.).

Finis autem, ut cum Aristotile loquamur: = Est id, cujus gratia aliquid fit = ut ægroto sumenti medicinam ad suam recuperandam salutem, salutis instauratio est finis.

B.) Proprietas finis; proprietas actus; rationis illationes.

His autem perpensis, proprietas tum finis, tum actus est seorsim attendenda ne in hoc locus remaneat æquivocis.

Potentia sive capacitas entis de se, et sine alio adminiculo æqualiter se habet ad opposita, nec magis hoc quam illud aggreditur. Venator, antequam videat leporem habet utique potentiam dirigendi sclopetum suum, sed indifferentem ad quascumque versus, sed minime determinatam. Visa autem lepore non amplius indifferens est hæc sua potentia, non amplius æqualiter se habet ad quascumque versus, sed unum tantummodo intendit ubi lepus nempe apparet. Porro quod lepus iste facit respectu venatoris, idem præstat finis respectu potentiæ. Nam finis potentiam excitat et movet et quæ prius ad plura æqualiter se habebat, eamdem ad unum inclinat, ac veluti determinat. Unde fit, ut per hujusmodi actionem potentia agere nitatur: quapropter etiam appellatur activa. Attrahere proinde, allicere, inclinare potentias, easque regere hæc est finis proprietas.

Nec minus attendenda est actus proprietas. Porro si per operam finis evenit, ut ens existens inclinetur ad operandum, inclinetur ad aliquid; per actum e contra fit, ut illud consequatur. Igitur potentias complere, naturas absolvere, ac entia perficere, hæc proprietas est actus.

Quibus positis aliqua hic veniunt recensenda, ac pensanda Philosophorum dicta. Animadvertendum est cum ipsis primum, quod finis rei et perfectio ejusdem rei sunt duo inter se distincta: finis enim movet potentiam, et potentia mota operando perficitur: finis nempe omnem operationem mentis præcedit, perfectio e contra subsequitur. Animadvertendum secundo cum ipsis, quod cum illa dicatur causa a qua aliquid aliud pendet, finis a quo moventur potentiæ, est vera causa, et quidem causa finalis dicenda, ne cum aliis confundatur: unde doctus ajebat = Finis est causa, in quantum movet efficientem

Caput 2.
De finibus.

A) Potentia et actus: imperfectum, perfectum, finis.

Usque modo tantisper consideravimus Ens possibile, et Ens existens; nunc vero aliqua dicemus de ente nec simpliciter possibili, nec plenarie existenti. Quod utique ens appellatur imperfectum, ad cujus cognitionem, quæ maxime et negotii seris perpendenda sunt, quæ sequuntur.

Quid sibi velit potentia facile est cognoscere post ea, quæ superius diximus. Ens, quod cœpit existere, potest immutari quia contingens, potest aliquid causare quia ens actuale, quia nempe capacitate passiva et activa est donatum. Atque cum ens existens aliquam subit privationem, sive jacturam, hoc fit exercitio suæ capacitatis passivæ, dum e contra cum aliquem causat effectum, hoc fit exercitio suæ capacitatis activæ. Porro hæc eadem capacitas est, quam nominavimus potentiam; quodque diximus exercitium capacitati idem est ac actus. Cera v. gr. quæ potest utique liquefieri, potentiam habet passivam; ignis qui eam potest liquefacere, potentiam habet activam; illud autem per quod cera ipsa liquefit, et ignis liquefacit est actus, qui aliter respectu ceræ dicitur passio, et respectu ignis dicitur actio: qui tamen actus unus est et semper consistit in exercitio potentiæ.

Pariter post superius dicta sensus imperfecti et perfecti facile innotescit. Quod est possibile etiamsi requiratur ut aliquid fiat existens; artifex enim nullam construere potest domum sine idea domus ipsius mente præconcepta: attamen quodcumque ens possibile potest sive in parte sive in toto fieri ens actuale, cum ipsius existentia ex alia causa efficienti absolute dependeat, a se ipso enim ad actum non valet illatio. Si idea domi sive domus possibilis quam artifex mente sua concepit, ab eodem artifice, sive in parte sive in toto existentia donari potest. Porro illud ens possibile quod ex parte duntaxat factum mere existens dicitur ens imperfectum; perfectum vero quod ex toto existentia prærit completum. Hinc sic Christianus Wolphius minus recte dixit existentiam esse possibilitatis complementum; jam ut

A [illegible] nisi per aliquod quod

merito Ab. Rosmini hoc asserit de sola perfectione. Unde D. Aquinas ajebat: = Perfectum dicitur cui nihil deest, secundum modum suae perfectionis = (1. p. q. 4. art. 1.).

Finis autem, ut cum Aristotile loquamur: = Est id, cujus gratia aliquid fit =: sic ex. gr. aegroto quaerenti medicum ad suam recuperandam salutem, salutis instauratio est finis.

B) Proprietas finis; proprietas actus; rationis illationes.

His autem perpensis, proprietas tum finis, tum actus est sedulo attendenda ne in hoc locus remaneat aequivocis.

Potentia sive capacitas entis de se, et sine alio adminiculo aequaliter se habet ad opposita, nec magis hoc quam illud operatur. Venator, antequam videat leporem habet utique potentiam dirigendi sclopetum suum, sed indifferentem ad quascumque versus, sed minime determinatam. Viso autem lepore, non amplius indifferens est haec sua potentia, non amplius aequaliter se habet ad quascumque versus, sed unum tantummodo intendit ubi lepus nempe apparet. Porro quod lepus iste facit respectu venatoris, idem praestat finis respectu potentiae. Nam finis potentiam excitat et movet et quae prius ad plura aequaliter se habebat, eamdem ad unum inclinat, ac veluti determinat. Unde fit, ut per hujusmodi actionem potentia agere nitatur: quapropter [illegible] etiam appellatur activa. Attrahere proinde, allicere, inclinare potentias, easque regere haec est finis proprietas.

Nec minus attendenda est actus proprietas. [illegible] si per operam finis evenit, ut ens existens inclinetur ad operandum, inclinetur ad aliquid; per actum e contra fit, ut illud consequatur. Igitur potentias complere, [illegible] attingere, ac entia perficere; haec proprietas est actus.

Quapropter aliqua hic veniunt recensenda, ac pensanda Philosophorum dicta. Animadvertendum est cum ipsis primum quod finis rei et perfectio ipsius rei sunt duo inter se distincta: finis enim movet potentiam, et potentia mota operando perficitur: finis nempe omnem operationem mentis praecedit, perfectio e contra subsequitur. Animadvertendum secundo cum ipsis quod cum illa dicatur causa a qua aliquid aliud pendet, finis a quo moventur potentiae est vera causa et quidem causa finalis dicenda, ne cum aliis confundatur: unde Scotus ajebat: = Finis est causa in quantum movet efficienta

ad dandum esse =. Advertendum tertio est cum finis, quod turre finis cum actus, unumquodque in genere suo sunt radix ac fundamentum: finis est = Ratio ordinis = (D. Tho.); sive fons inclinationum actus vero est radix ac fons perfectionis. Cumque sine alicujus entis actione nihil fiat a potentiis, merito scribebat Seneca = Finis est regula ceterorum =.

C.) Fines diversi; actus varii; finis finium [illegible]

Non autem unus tantummodo est vel finis vel actus, sed plures sunt ac diversi.

Ut enim loquamur de finibus, alii sunt naturales et voluntarii; alii sunt objectivi et executivi; alii principales et secundarii. Fines naturales v. gr. sunt illi, quibus agens necessario integret, ita ut propter ipsos alio se vertere nequeat. Voluntarii vero sunt illi ad quos utique agens inclinatur, non autem necessario. Objectivi dicuntur fines adhuc obtinendi, executivi dicuntur fines jam obtenti; illi dicuntur etiam id cujus gratia, et fines intentionales; isti vero id cui fit adeptio finis et fines formales. Finis tandem principalis est quem volumus propter seipsum: quando secundarius est ille, quem volumus propter alium. Si aegro medelam accipienti propter sanitatem finis principalis esset sanitas, secundarius medela. Hinc apparet quod finis ultimus sit finis principalis inter fines objectivos et formales, ac veluti per se patet ratio finis remoti et proximi nec non intermedii.

Actus ipsi multiplices sunt ac diversi. Dividuntur primo ratione temporis in antecedentes [illegible] in priores et posteriores. Dividuntur [illegible] ratione effectus [illegible] substantia creata, vel aliquid acquirit, vel aliquid perdit. In primum, actus dicitur progressus; in secundum fit, actus dicitur defectus. Quinimmo si agendo substantia [illegible] [illegible] fine suo formali, ac revera perficiens; si vero agendo destruitur dicitur annihilatio, et ruina. Actus enim causarum physicarum, quae nullum habent sensum, si fiat perfectio, dicuntur simpliciter [illegible]; si sint defectus dicuntur mala physica. A brutis [illegible], si progressus dicuntur [illegible] bruti, [illegible] si vero defectus, dicuntur mala physica et naturae, utpote cum dolore conjuncta. In hominibus, utpote libertate donatis, actus, qui procedunt, merito appellantur [illegible] vero illi actus dicuntur, qui [illegible] deficiunt ex propria electione. Et habitudo ille actus hominum di-

citur, quo complentur ac perficiuntur; et perditio æterna illa hominum dicitur, quo in perpetua deficientia confirmantur.

Finis finium tandem est ille, qui non jam per participationem sed per essentiam potentias movet; qui non aliunde sed a seipso habet ut moveat, ac excitet potentias ad agendum: finis proinde summus et ultimus rerum omnium, finis universalis, movens non motus, absolutus, infinitus.

Numer. 3.

De Legibus.

---

14) Principium speculativum, principium practicum; idea et Lex.

A) = Principium est id a quo aliquid procedit quocumque modo (D. Tho.). Hoc autem principium a nobis, ... post Aquinatem definimus, speculativum dicitur, quando per illud in nobis intelligatur id a quo procedit omnis humana cognitio: cujus opera semper fit ut homo possit rerum veritatem aut falsitatem dignoscere. Utpote autem hinc res aliqua dicitur perfecta, cum essentia sua fuerit ex toto ac sub omni aspectu completa, patet quod earum nemo judicare poterit de convenientia, aut inconvenientia alicujus rei, nisi prius cognitam habuerit rei finis essentiam sive possibilitatem. Principium igitur speculativum est ipse finis: nihil enim perficitur nisi obtinendo finem suum; essentiæ rerum proinde, sive entia essentialia sunt totidem principia speculativa. Practica autem hinc dicuntur principia, quando eorum opera sive virtute evenit, ut potentiæ agant. Cum itaque fines sint principia speculativa, potentiæ inclinatæ sunt principia practica.

Idea coincidit cum principio speculativo: Lex coincidit cum principio practico.

B.) Proprietas idearum officium Legum rationis illationes.

Ideæ proinde sunt veluti sol, cujus lumine percipit homo veritatem, aut falsitatem rerum: sunt veluti initium cognitionum. Quo in sensu dicebat Seneca = Natura non dedit nobis scientiam, sed semina scientiæ =. Proindeque principia speculativa, sive ideæ hominem disponunt ac præparant ad cognoscendum: hæc est idearum proprietas.

Semina, seu

aliâ e contra; cum potentias maneat ad agendum, hoc proprium habet, ut entia quibus fuerit data, ad perfectionem disponat atque ad beatitudinem, cui aspirent homines.

Merito igitur dictum est de ideis, quod basis sint atque fundamentum totius humanae sapientiae: de Legibus autem quod sint radix et fons cujuscumque perfectionis.

(C) Varietas idearum; varietas Legum; Providentia.

Ideae autem plures sunt: nam plures sunt possibilitates rerum, sive entia possibilia: alia enim est essentia rosae vernalis, alia est essentia rosae autumnalis. Plures insuper sunt ideae, utpote rationes rerum sive principia speculativa. Unde scribebat D. Aquinas = Ratio alicujus totius haberi non potest, nisi habeantur propriae rationes eorum, ex quibus totum constituitur; sicut aedificator speciem domus concipere non potest, nisi apud ipsum esset propria ratio cujuslibet partium ejus = (I. q. 15. a. 2). Proindeque habentur plures ideae, sive principia cognitionis.

Leges pariter plures sunt. Dividuntur primo in leges aeternas et naturales; illae idem sunt ac sapientia Dei, istae vero omnes Leges comprehendunt, quas rerum potestas augusti creaturae in nascendo. Dividuntur secundo Leges in Divinas et humanas; illae superadditae sunt a Deo legibus ipsis naturalibus; istae vero totidem derivationes, quas homo vel ex lege naturae, vel ex lege Divina sibi fecit. Dividuntur tertio Leges in justas et injustas: illae derivantur vel a natura vel a revelatione, et inclinant potentias in suos actus et fines; istae e contra illas retrahunt; illae sunt totidem legis naturalis ac divinae derivationes, istae e contra sunt totidem deviationes. Unde potentiae ab hisce legibus inclinatae dicuntur corruptionis conniti: talis est concupiscentia, quae septem habet filios dictos septem peccata capitalia, quae merito a Moralistis appellata fuere peccati [illegible]

Providentia tandem idem est ac idea idearum, ac Lex legum, principium namque essentiale omnium cognitionum, ac operationum, sive ratio ordinis omnium in finem.

Articulus II.

De Notionibus, earumque praecipuis differentiis.

Num. 1.

De Subjecto cognoscente.

A.) Hominis partes; partes corporis; corporis sensus.

Homo non est tantum corpus, nec spiritus; sed est aliquid emergens ex unione utriusque et remanet ex mixtum. Corpus enim plures habet partes fluidas et solidas, quarum unaquaeque suas habet proprietates, sive vires, ut paulo supra in Anthropologia diximus. Hic tantum illam corporis partem indicamus, quae ad instar vestis totum corpus circumdat et vestit, qua exteriorum corporum affecta et tacta immutatur, videlicet cutem mollis; quae [illegible] corporum recipit. Quae insuper pars corporis nostri receptam impressionem ab externis corporibus illam transfert ad illam suae activitatem quae collecta et perstricta in interna capitis cavitate, cerebrum appellatur vel commune sensorium. Atque ista corporis humani pars, quae in tantis ac tantis dividitur ramusculis, atque staminibus, nomen obtinet nervorum.

Sensus autem corporis nihil aliud est quam potentia propter nervorum superius enunciata; virtus proinde corporea italice dicta *Impressionabilità*. Quae virtus, cum quinque modis patiatur, cum nempe quinque impressiones ab invicem distinctas suscipere, easque transmittere valeat ad cerebrum usque, quintuplici modo fuit appellata. Qua parte colores suscipit, dicitur visus; qua parte suscipit sonos, dicitur auditus; qua parte odores, olfactus; qua parte sapores, gustus; qua parte alios corporis contiguitatem dicitur tactus. Quintuplex igitur est corporis sensus.

B.) Animae facultates; lumen rationis; Ratio.

Ipsa anima, sive spiritus hominis pluribus constat potentiis, sive facultatibus, intellectu nempe, memoria et voluntate. Intellectu, quo agnoscere potest; memoria, qua res cognitas conservat; voluntate, qua inter plura cognita, unum vel aliud sibi eligit [illegible] dicta fuere a Philosophis de quibus alibi.

Lumen rationis est quaedam participatio Divinae Providentiae, quo capaces evadimus cognoscendi, memorandi ac volendi: unde Psaltes regius canebat = Signatum est super nos lumen vultus tui Domine = (Ps. 4).

Ex participatione illius luminis fit ut homo cognoscere valeat Deum primum Ens entium, finem suum, conservationem ordinis rerum omnium in suos actus et fines. Lumen rationis, quod probe distinguendum est a Divina Providentia, quæ est una, cum e contra rationis lumen, nobis a Deo inditum juxta numerum subjectorum cognoscentium multiplicatur.

Ratio vero haber sensus praeventum prolata indicat illud quae spirant hominis cognoscit si principiis speculativis cognoscat homo, cum sint rerum essentiæ immutabiles ratio dicitur superior; si impressionibus per sensus corporis inventis iisdem dicitur ratio inferior; rerum enim existentia prorsus contingens est et fluxa. Ratio ipsa, utpote habitus principiorum speculativorum dicitur communiter intellectus, utpote habitus principiorum practicorum dicitur synderesis: insuper quatenus verum cognoscit dicitur Mens, et quatenus bonum, sensus interius.

2.) Verum et falsum; bonum et malum; cogitatio et ratiocinatio.

Verum est quod convenit cum principiis speculativis; falsum quod non convenit.

Bonum est conveniens fini sive principiis practicis; malum e contra non convenit.

Cogitatio est veritatis inquisitio, sive conatus mentis cognoscendi gratia: Ratiocinatio est comparatio duarum idearum cum tertia ad veritatem pariter cognoscendam.

Numerus 2.

De cognitionibus subjecti ejusdem.

1.) Tabula rasa; sensatio; cognitio

Homo autem initio suæ existentiæ est in potentia ad cognoscendum, et lumen rationis quo gaudet est medium, quo cognoscere potest: nullas tamen eo temporis momento cognitiones habet. Atque status hujusmodi qui est ignorantiæ sive defectus cognitionum est conditio, quæ ab Aristotile appellabatur = Tabula rasa, in qua nihil est scriptum = (Lib. de anima). Itaque ab illustri viro italice dicitur = Bianco papiro = (...)

Quando autem causæ externæ in ejusdem hominis nervos agunt, eosque immutant, homo tunc scilicet sentit immutationem, impressionem ab eisdem causis per organa sui corporis sibi factam a sejso

veluti distinguens: cujus impressionis gratia et seipsum observat et ejusdem impressionis causam advertit.

Porro actus mentis quo homo seipsum observat, dicitur sensatio; actus vero quo alia a se advertit, dicitur cognitio. Quo in sensu sic scribentem juvat audire perillustrem virum: = Analizziamo il pensiero, di un oggetto qualunque. Questo pensiero mi si presenta in due aspetti. Da un lato è una passione che soffre il mio spirito da quell'oggetto ch'egli pensa: dall'altro è un'azione del soggetto che termina in quell'oggetto. Sotto il primo aspetto, lo chiamo sensazione; sotto il secondo cognizione. Quella passione termina nello spirito e si consuma. All'opposto siccome azione dello spirito, è il mezzo di conoscere l'oggetto, in virtù di cui lo spirito distingue qualche cosa da se, pone se ed un diverso da se. Sentire suppone varii stati di un soggetto identificati per l'identità del soggetto, conoscere suppone diversità assoluta del soggetto stesso conoscente dalla cosa cognita = (Rosmini Trattato filosof. della Morale vol. 1. fascic. 1. cap. 3. art. 8.).

B.) Perceptiones; cognitiones reales, et rationis; apperceptiones.

Perceptiones dicuntur quæcumque mentis nostræ operationes, sive actus; hinc qui sentit et qui cognoscit, uterque dicuntur percipere; proindeque sub nomine perceptionum veniunt indiscriminatim sensationes, et cognitiones.

Cognitiones autem reales, et cognitiones rationis sunt probe inter se distinguendæ. Qui matrem, aut patrem cognoscit, duas res percipit, quæ in seipsis sunt independenter ab ejusdem cognitione: si vero hic idem observando illa, quæ communiter fiunt a pueris, ab adolescentibus, a viris, et a senibus cognosceret, proprium esse pueris credulitatem, adolescentibus animositatem, viris tranquillitatem, senibus vero tenacitatem; atque hinc justis observationibus diceret, pueritia est credula, adolescentia est animosa, virilitas pacata, senectus tenax; hic utique in mente sua aliquos haberet conceptus, nullus autem ex iisdem extra suum intellectum locum haberet. Porro iste homo suos cognoscens parentes, haberet cognitiones reales; proprietates vero hominibus diversæ ætatis communes cognoscens diceretur habere cognitiones rationis. Atque hic insuper animadvertendum est inter hujusmodi cognitiones recensenda esse genera, et species; in scholis dicta universalia, vulgo prædicabilia. Tandem si quis rem nullatenus in natura existentem mente sua conciperet, ut mons aureus, chimera, aquila biceps, leo alatus, et alia id generis, hujusmodi conceptus dicerentur figmenta; sive Entia fictitia

Quod si tantum hæc entia quantum cognitiones rationis ab aliquibus indi: scriminatim appellantur entia rationis, meminerimus tamen cognitiones rationis habere fundamentum in re; figmenta vero poetarum esse sine fundamento.

Quando homo vel sentit, vel cognoscit dicitur percipere; quan: do vero suas ipsas sensationes, ac cognitiones revolvitur, ac intuetur di: citur appercipere. Communiter perceptiones dicuntur ideæ directæ, apper: ceptiones reflexæ. Appercetio idem est ac conscientia, quæ a moralistis continuo usurpatur.

C.) Scientia; intelligentia; sapientia . . . . .

Scientia non est quævis perceptio, aut appercepto; sed tunc habetur scientia cum res cognoscitur cum sui causa: proindeque scientia ab Aristotile merito appellabatur: = Rem scire per causam =.

Intelligentia est cognitio principiorum sive rerum scibilium sive operabilium; hoc est in sententia nostra idearum et legum.

Sapientia vero est cognitio finis summi, sive Divinæ Provi: dentiæ. Unde D. Aquinas scribebat: = Homo secundum diversa cognita habet diversas cognitiones: secundum quod cognoscit principia dicitur habere intelligentiam, scientiam vero secundum quod cognoscit con: clusiones; sapientiam secundum quod cognoscit Causam altissimam = (1. p. quæst. 14. art. 1).

Numerus 37
De earumdem cognitionum Varietatibus.

A.) Esse sono varie per riguardo al principio donde procedono.

In questo argomento moltissimo è stato detto e scritto. Avanti di Platone vi erano chi le cognizioni non innate discendessero dalle impressioni dei nervi al cervello portate: Platone ai sensi del corpo attribuì l'origine inizia delle cognizioni dei sensi esterni, delle cose ma: teriali, ed a certe idee nell'anima discende e innate; che poi quasi soli intorno le illuminavano; attribuiva l'origine delle cognizioni di cose spirituali. Aristotile non seguire non volle, nè il solo corpo bastare alla co: gnizione di cose materiali, nè le sole idee per le cognizioni di cose spiri: tuali; ma disse ogni cognizione dipendere e dalla azione del corpo, e dalla

azione di un principio, che l'anima assistesse. Per più secoli si pensò presso a poco sulla origine delle cognizioni alla maniera di Platone: furon poi gli Arabi, che nell'Europa misero in voga l'opinione di Aristotile. Cartesio fu causa di innovazioni: confuse le idee con le cognizioni; egli per ragion di origine disse, aversi idee innate, adventizie e fattizie; esser le prime tante cognizioni di cose spirituali, v. gr. di Dio, di anima, di virtù etc. esser le seconde tante cognizioni di cose materiali, v. gr. di alberi, terre, acque etc.; esser le terze tante cognizioni di cose inventate, v. gr. della chimera, dell'aquila a due teste, del lione alato etc.: e disse che le idee innate le porta l'uomo con se in nascendo; le adventizie le acquista per la via dei sensi; e le fattizie se le forma con la sua fantasia. Dopo lui venne in campo Loke e rinnovò il sistema più antico, ponendo a base fondamentale di tutto l'edifizio delle scienze l'impressione avvertita. Kant all'opposto filosofo Alemanno richiamò in parte la teoria Platonica attribuendo a sole idee o forme categoriche ogni umana cognizione: onicchè quando il Lokianismo consacrò l'origine dei sensi; il Kantismo consacrò invece l'origine spirituale: sistemi pertanto esclusivi l'un dell'altro, onde avvenne che i seguaci del primo si dissero Sensisti, Materialisti; i seguaci del secondo Idealisti, Spiritualisti: Però dovunque è già sorta altra maniera di pensare, che di dì in dì si va dilatando: maniera di pensare nella quale a originare le umane cognizioni entrano impressioni, entrano idee: alla testa dei promotori di essa opinione, senza far torto ai meriti altrui, noi riteniamo essere il Caval. D. Antonio Serbato Rosmini.

Son questi cenni storici: quello che noi crediamo importi su ciò, egli si è che le idee o principj o lume di ragione, che l'Ab. Rosmini chiama = Giudizio primitivo, onde l'ente conosce =; che Michele Parma chiama = Sintesi primitiva e spontanea indipendente dall'uso individuale della ragione =; diciamo non doversi confondere minimamente con qualsia percezione diretta o riflessa, non essendo per esso loro l'umano intelletto niente più che disposto ad acquistar cognizioni

Ciò premesso diciamo, che per conto di origine sono di tre sorta le umane cognizioni: sono esse sperimentali, quando da noi le acquistiamo o facciamo: sono tradizionali, quando altri se le avessa procacciate da se, e noi le imparassimo da loro belle e fatte come fossero; sono miste quando se le avessero in quelle due maniere acquistate. Ed è ben grande diffe:

venga il saper che Roma esiste, per essere stati soli a riconoscerla, dal saperlo per aver sentito a dire: altro è saper per prova propria, che la febbre travaglia; altro è saperlo sulla parola d'altri che l'ha provata.

B.) Sono varie per riguardo alle cose che rappresentano

Maggior varietà poi hanno le umane cognizioni considerate e distinte per riguardo a ciò che esse rappresentano.

Se v. gr. la cognizione intesa a rappresentare per esempio un dato Leone alla lo rappresenti allo spirito quale è; in tale caso essa cognizione è vera; chè se in rappresentarlo, in una o più cose mancasse, con rappresentarlo diversamente da quello è in tale caso dicesi cognizione falsa. Nel che consiste nel rapporto delle cognizioni con la cosa conosciuta, dicesi nel primo caso Verità logica; nel secondo caso Falsità logica.

Se la cognizione vera non rappresentasse che tali aspetti della cosa, i quali non bastassero per distinguerla da altre cose; in tale caso dicesi cognizione confusa: che se vi bastassero, diverrebbe cognizione distinta. Rappresentandosi mercè la cognizione la cosa sotto ogni aspetto con verità dicesi cognizione completa, totale; in caso diverso dicesi incompleta, parziale.

Cognizione adeguata ed inadeguata equivale a cognizione vera, o falsa logicamente.

Quando una cognizione rappresenta una cosa come sta, e giace in natura, dicesi cognizione concreta; che se rappresentasse cose in separato dalle altre con cui trovansi in natura unite e sussistenti, dicesi cognizione astratta. Il muro bianco v. gr., e la bianchezza del muro ne sono un esempio.

C.) Sono varie per riguardo al modo, onde l'anima vi aderisce.

Per rapporto poi al modo, onde le cognizioni entrano nell'anima, e [illegible] aderiscono, e [illegible] intelletto [illegible] modificano sotto questo punto di veduta ancora distinguonsi le cognizioni in certe e chiare, in incerte ed oscure; in probabili ed improbabili.

Certe diconsi quelle cognizioni, alle quali con lo spirito si assente pienamente, ritenendo per impossibile il contrario di medesime. Che se tali cognizioni le acquistiamo da noi stessi, sono in pari tempo certe e chiare: che se le riceviamo sulla parola altrui, diconsi cognizioni certe sì, ma oscure. Ond'è che dicesi vedere con le cognizioni certe e chiare; e dicesi credere mercè cognizioni certe ed oscure.

La mancanza assoluta di luce vale lo stesso, che dir tenebre: niente si sa, se non mercè il lume della ragione: quindi, essendo ragione di prestar fede a chi dopo d'aver conosciuta una cosa, la riferisce tale com'egli la conosce; meritamente diconsi cognizioni oscure quelle, per accettare le quali abbiamo bensì una ragione esterna, per cui ascoltare chi le riferisce, non però le abbiamo da noi esaminate nell'essenza loro. Di qui è nata la distinzione di evidenza esterna ed interna: chi crede tutta ... prima, chi vede ha la seconda: tutti e due però per dare il loro assenso, son partiti dai principj, han cioè ragionato.

Probabili ed improbabili diconsi poi quelle date cose, per assentire alle quali se abbiamo qualche ragione sì, ma non sufficiente, diconsi probabili; che se di tali ragioni ancora manchisi affatto, diconsi improbabili.

Articulus III.

De Notionum Signis, eorumque praecipuis differentiis.

Numer. 1.

De Signis.

(1.) Conceptus mentis; termini conceptionis; verbum mentale.

Quicumque intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum (S. Tho.), quod per se non subsistit, sed animae inest, quo fere modo albedo inhaeret parieti. Hoc autem quod procedit, hac interna emanatio est illud, quod dicitur conceptus mentis. (i.e. mentis modificatio),

Terminus est extremum alicujus rei (confini), extra quod nihil illius rei est, intra quod omnia ejusdem rei sunt (Aristot.). In omni autem conceptione sua homo, vel affirmat, vel negat aliquid de aliquo ita ut menti res praesens sit, et subjectum affirmationis vel negationis, et illud quod affirmat vel negat de eodem subjecto, sive praedicatum. Termini igitur cujuscumque conceptionis sunt subjectum et praedicatum.

Nihil aliud vero est Verbum mentale quam ipsemet mentis conceptus; aliter dictum verbum internum, atque imago illius mentis, a qua procedit. Hinc Plato scite dixit: = Il pensiero è quel discorso, che l'anima fa con se stessa = (Vedi Del Maistre. Veglie di S. Pietroburgo).

internum

3) Enunciatio; enunciationis medium; lingua.

Non solum autem homo mente sua aliquid concipit; sed etiam mentis suæ conceptus aliis hominibus aperit atque manifestat. Qui actus est ~~[illegible]~~ [illegible], quod a Philosophis appellatur enunciatio, vulgo autem propositio, quatenus per eundem actum foras ponuntur verba interna.

Medium autem enunciationis ea ~~omnia~~ sunt, quibus homo utitur ad mentis suæ conceptus aliis exprimendos. Hinc medium hujusmodi jure dicitur etiam imago verbi interni, et verbum etiam externum.

Nec aliud est lingua, quam medium hujusmodi

(?). Species linguæ; signum; et signatum.

Cum vero complures sint termini, quibus fit manifestatio conceptus, complures proinde sunt vel ipsæ linguæ: quæ bifariam in primis dividuntur in linguas nempe transeuntes, et non transeuntes. Primæ sunt illæ, quæ veluti ictu oculi generantur ac pereunt uti sunt voces articulatæ; secundæ sunt illæ, quæ etiam in dies, et annos remanent, uti sunt scripturæ etc. Trifariam secundo loco dividitur lingua, sive enunciationis medium: in auricularem nempe, quæ ex vocibus constat artefattis; in visualem, quæ gestibus componitur artefactis (questa è la Pantomimica, ossia l'arte di parlar con gesti), et in impressam quæ subdividitur in scripturam, sculpturam, et picturam.

Signum, ut tradit Aquinas, = Quantum est in se, importat aliquid manifestum quoad nos, quo manuducimur in cognitionem alicujus occulti =. Signatum e contra est illud occultum, quod ope auxilium signi fit nobis manifestum. Sic quoniam per fumum in cognitionem ducimur ignis intra muros exardescentis et occulti; fumus est signum, ignis est signatum.

(E sarebbe un gran fallo, o il confondere il vocabolo col pensiero della mente, quasi che fossero una cosa medesima; o il credere una medesima la facoltà di concepire e quella di esprimere i concetti: = Si può essere un Kant, un Leibnizio, un Newton senza riescire un Demostene, un Fourcroy. = Tirinar. (Cap. di Medicina.)

Numer. 2.

De Signorum Vi, vel Efficacia.

A.) Della forza della lingua auricolare.

Ed essendo la lingua un istromento, col quale il pensiero rinchiuso e solitario nella mente, che produsselo, penetra nelle altre menti, e si fa proprietà delle medesime, senza cessare di appartenere in principalità alla mente, che prima il produsse, egli è ben chiaro, che le lingue aver debbono questa attitudine diversamente l'una dall'altra secondo la diversità degli elementi, di cui sono costituite.

E per dire qualche cosa della lingua auricolare, noi ci compiacciamo di chiamarla con S. Agostino = Una vettura del pensiero =; e con Niccolò Tommaseo = Un ponte di communicazione gettato sul vuoto vastissimo, che separa intelletto da intelletto, anima da anima = (Dell'educazione.).

B.) Della forza della lingua visuale.

La stessa lingua visuale, benchè poco coltivata, interviene a trasmettere pensieri, e lega gli uomini tra di loro, in virtù della verità, che riesce a diffondere: ma questa lingua è assai inferiore in virtù all'auricolare: fanno bensì meravigliare i progressi degli allievi, che si mandano alle scuole dei così detti Sordi-muti: ma le difficoltà, che costa l'istruirli lascieranno mai sempre il primo posto alla lingua auricolare.

Nè d'altra parte ommetteremo di preferire la lingua visuale in quanto alla trasfusione degli affetti. Bastò ad Antonio di spiegare alla plebe la toga insanguinata di Cesare, per eccitarla a concorrere a quella vendetta, che a lui già padroneggiava il cuore. Che se la lingua auricolare è opportuna per la manifestazione dei pensieri, la visuale lo è per gli affetti. (Nota, i gesti accompagnano delle parole).

C.) Della forza della lingua ingressa.

Sotto l'uno poi e l'altro aspetto è a queste due lingue inferiore in forza quella che chiamiamo lingua ingressa, a cui la scrittura, la scultura e la pittura appartengono; e questo perchè, se la voce e il gesto sono un'immagine espressiva del pensiero, questa non è che una copia o più che si dilunga dal fuoco, meno sente il valore.

Per altro questa lingua a distinzione delle altre due, essendo permanente, essa = Rende trasportabile ciò, che vi ha di più mobile e fug:

gitivo = (De Bonald. Ricerche filosof.): essa = sarà maisempre il nodo delle nazioni, la magica catena = (Dellar [illegible]); che lega ed unisce gli uomini de' nostri tempi con quelli delle età passate, ed avvenire.

Cosicchè presi insieme tutti i segni, ossia tutte le lingue à ragione gli uomini più celebri le riguardano = Come gli archivii del genere umano = (De Bonald. Legisl. primit. to. 3. sul pensiero, e sulla di lui espressione).

Numer. 3.
De eorundem signorum varietatibus.

A) Signa distinguuntur ratione originis.

Alia enim est lingua artificialis, sive acquisita ab homine: et alia naturalis sive innata, quam nempe Deus creaturæ rationali indidit.

Artificialis insuper variatur pro diversitate eorum elementorum, quibus constituitur: quod videre est in tribus linguis Germanica, Italica, et Gallica. Quovis autem lingua artificialis innititur naturali.

Linguam naturalis admittatur necesse est, quia = De ratione signi est notis esse præcognitum = (D. Tho.); vel quia, ut perillustris De Maistre loquitur = Giammai un segno arbitrario non ha espresso, nè potuto esprimere veruna idea: in quella guisa che il pensiero preesiste necessariamente alle parole, così le parole preesistono alla espressione = (Veglie di Pietrob. to. 2. trat. 2.). Quæ de causa lingua naturalis haberi debet cum Melchiorre Cesarotti = Qual base commune alla immensa famiglia di tutte le lingue dell' universo = (Sag. sulla filos. delle lingue.).

B.) Distinguuntur secundo linguæ ratione objecti.

Variantur secundo linguæ ratione objecti, ac quidem eodem fere modo quo cognitiones, quoad eorum objecta.

Aliæ sunt veræ aliæ falsæ; aliæ distinctæ, aliæ confusæ; aliæ completæ aliæ incompletæ; aliæ concretæ; aliæ abstractæ.

Si vera concordia mentis cum re intellecta dicitur veritas logica: veritas linguæ, sive concordia ejus cum mente, dicitur veritas moralis.

C.) Distinguuntur tandem linguæ ratione modi

Tandem linguæ variantur etiam ratione modi. Quæ lingua sit tum apud dicentem, cum apud audientem omnino nota; dicitur clara, perspicua. Quæ autem nonnisi ex parte eis nota esset, obscura appellatur, ac enigmatica.

Euristica

sive

Secunda Logicae Pars.

Articulus I.us
De Viis Inventionis.

Num. 1.
Impressioni dei sensi esterni.

1.) E dopo indicati gli oggetti, che si possono conoscere, secondo il disegno nostro, viene ora da insegnare i mezzi pratici, onde essi oggetti medesimi conoscere.

Abbiam già di sopra accennato le diverse opinioni, per riguardo alla fonte delle umane cognizioni, e fra quelle opinioni vi ha pure una, che nulla concede ai sensi del nostro corpo che nulla li vuole concorrenti all'edifizio del sapere umano che per nulla affatto li considera.

Contro di questa opinione sta il fatto: che impressioni dei sensi del nostro corpo noi siamo debitori non poco del nostro sapere.

2.) Difatti se ad alcuno si leghi un braccio, e così non permettasi che le impressioni che le parti del suo braccio inferiori alla legatura vengano trasportate al cerebro, egli può essere in quella parte mutilato e posto, può essere a contatto di corpi diversi, e ciò non pertanto di nulla s'accorge: tolta l'impressione, è tolto a lui di conoscere. Così non permettasi all'aria agitata di percuotere il timpano del suo orecchio, e fra l'occhio suo, e l'oggetto visibile frapposto un ostacolo non possa l'occhio ricevere la luce rimbalzata da quell'oggetto, non ascolterà suono di sorta, né vedrà oggetti colorati.

Verità, la quale tosto di distinguersi da quegli stessi, i quali infermano in questo, o quell'altro senso del loro corpo: come più cresce la infermità decresce pure la potenza loro di giudicare delle cose soggette a essi sensi. Che se alcuno viene al Mondo senza la vista

o senza l'udito, nè colori nè suoni arriva egli mai a conoscere.

Tanto è vero, che i sensi del nostro corpo han parte nelle nostre cognizioni.

(C.) Ma se perciò è falsa l'opinione di que' filosofi, che nulla concedevano al corpo, non cessa d'altra parte d'esser fallace l'opinione di quegli altri, i quali i sensi esterni riguardavano, e riguardano come unica fonte, come unico mezzo, con l'ajuto del quale vien l'anima a conoscere.

Difatti l'uomo conosce l'esistenza d'una Causa prima, egli ha delle intenzioni, dei fini, a seconda di certe leggi opera: cose tutte, le quali non urtano i sensi: = Sensus non apprehendit rationem essendi nec intentionem mentis, nec formam substantialem; sed tantum accidentia sensibilia = (S. Tho. 1.2. qu. 12. art. 4.). Conosce ancora l'uomo cose particolari, e generali: = Sensus non potest cognoscere universalia; quia non potest recipere formam immaterialem, quia semper recipit in organo corporali = (S. Tho. ibid.): più: si ha idea di virtù, e di vizio; di rapporti di identità, e di diversità, di bellezza spirituale etc; e nulla di tutto questo ferisce i sensi.

Constat proinde non solum Adversariorum opinionem esse falsam, sed etiam absurdam: = Conviene dunque ammettere un Io indivisibile (Conitedeschi) = me stesso, il quale conosce, rammenta, e vuole.

Atque inutiliter admodum ac rudiiter prorsus sibi videntur ratiocinari Materialistæ dum ex vi motrice, aut ex vi organismi, aut ex Divina Omnipotentia suam conantur defendere sententiam.

Nam vis motrix in corporibus quæcumque sit differt a cogitandi vi. Nam, ut cum prædicto Ventura loquamur = Il moto s'imprime sugli oggetti presenti: il pensiero abbraccia il presente, il passato, il futuro: il moto è ristretto a certi limiti, il pensiero si slancia oltre il creato: il moto ha le sue misure, i suoi gradi, il pensiero è indivisibile = (id. ib.) — Nè il meccanismo, o organizzazione procura a parti unite in un corpo, virtù o qualità, di cui esse isolatamente prese non ne avessero prima la radice, o il germe. Così cento uomini uniti in tanto si mangerebbero intero un animal vivo, in quanto che isolatamente presi potevan mangiare una qualche parte: così pure per ragion de' contrarj nessun uomo potendo da se volare, qualunque massa di uomini si volesse organizzare, non sarebbe mai a tanto d'imitare i volatili. Invano adunque si ricorre alla forza dell'organismo per trovargli la causa delle operazioni intellettuali dell'uomo quando si sa essere inconciliabili le medesime con le qualità primitive de' corpi. — Sic erronee omnino confugiunt ad Dei omnipotentiam ut suam tueantur opinionem. Nam si Deus est omnipotens est etiam infinite sapiens; per suam proinde omnipotentiam omnia sibi possibilia facere potest, non autem contra sapientiam, non autem si ea involverent contradictionem, seque invicem expellerent. Quod utique esset in casu adversariorum; attributa enim materiei consistere non possunt cum potentiis cognoscendi, rememorandi, et volendi. Cum igitur Deus absurda nequeat operari, inutiliter recurrunt ad suam omnipotentiam. — Et bene scripsit præclarus vir De Feller: = Mettere nella onnipotenza d'Dio contradizioni questo è un insultare la Divina Maestà, non estendere nulla sua Onnipotenza = (Cat. Filos. to. 1. sez. 2. cap. 1. §. 1. n. 139.).

Igitur

neque corpus, neque aliqua ejus pars subjectum sunt earum potentiarum, quibus hominem præditum cognovimus, sed neque aliquid extensum vel corporeum esse potest illud, quod in homine cognoscit, memorat, et vult

Numer. 3.

Quid sit anima; quæ ejus sedes, et quomodo cum corpore operetur.

His autem præmissis naturale est desiderium cognoscendi quid igitur sit anima, quæ communiter apud homines habetur, et principium quod cognoscit, memorat et vult.

Qua super re dicimus animam utique nec corpus hominis, aut aliquam ejus partem esse, nec aliquam corporis ipsius immutationem, seu modificationem; sed esse eam dicimus revera cum Balthassare Poli: = Un' essere, una sostanza, una cosa reale, alcun che di esistente = (Elementi di Filos. to. 2.); un essere inesteso, semplice, unito al corpo quasi a suo istrumento, un essere fornito di parecchie virtù o potenze, mercè delle quali egli conosce, rammenta e vuole. Un essere per conseguenza sussistente, a petto di cui ogni potenza, al dir di S. Tommaso est = principium quo agit =; quand' esso est = Principium agens = (De anima quæst. unica).

Hæc autem hominis anima in qua corporis parte sita sit non conveniunt Philosophi. Aristoteles cum suis quoniam anima corpus regit et gubernat docebat: = Anima in quocumque corpore et in toto est tota, et in qualibet ejus parte tota est = (D. August. de Trin. lib. 6. cap. 6.). Aliqui amore paris ducti dixerunt animam sedem suam variare; quæ utique quamvis etsi possibilis attamen non apparet nobis probabilis. Plerique vero sedem animæ tribuunt in cerebro, quo omnes nervi tandem reducuntur; hinc licet minus proprie cerebrum ipsum ab iisdem Philosophis commune sensorium dicitur, cum de cætero nihil aliud sit quam quoddam animæ instrumentum. Nos, ut aliquid hac de re dicamus, animæ sedem in sanguine esse arbitramur, utpote quia per sanguinem nervi ipsi generantur, ut præclari viri experientia duce tradunt = (Antropol. in serviz. delle scienze moral. cap. 14. art. 4. di Ant. Rosmini Serbato): ac proprie intus in capite nostro quod post longam meditationem expe:

nimur sluſ minuſve defatigatum.

In quanto al modo poi con cui l'anima agiſce col corpo, ovvero riceve le impreſsioni che nel medeſimo vengono fatte, e trasportate nell'interno del cervello; oſsia per riguardo al modo con cui l'anima sul corpo agiſce, e questo sull'anima vi ha quattro celebri opinioni. Platone diſse avvenire ciò mediante una sostanza media, nè semplice nè corporea: spiegazione per vero che non toglie il nodo. Aristotile diſse avvenire ciò per virtù propria e dell'anima e del corpo, nè aggiunse parola sul modo di operare di questa virtù. Cartesio diſse che Dio di volta in volta eccitava nel corpo movimenti relativi alle affezioni dell'anima e viceversa. Leibnizio diſse non eſservi influſso come non è tra due orologi, i quali si accordano nel segnare le ore, ma solo parervi perchè coſì predisposti, e preordinati ad operare, l'anima v. gr. da parte sua, e il corpo parimenti; come appunto sarebbe nei succennati orologi. La prima opinione viene nelle ſcuole chiamata col nome di sostanza media; la seconda d'influſso fisico; la terza di cauſe occaſionali; la quarta di armonia prestabilita.

Nos autem hac de re hoc unum dicemus sententiam Platonis et Leibnitii nobis minime arridere, sententiam Cartesii nobis possibilem videri probabilem vero Aristotelicam.

Il sistema poi del Porta, del Lavater fondato sulla configurazione muscolare del volto chiamata fisiologia ed il sistema del Gall, del Brussais, e d'altri fondato sulla grandezza e configurazione del cervello, detto frenologia, sono per noi vere peripezie pericoloſe pei cattivi, e ridicole per chi conoſce che nè i muſcoli, nè i nervi sono, o poſsono eſsere il principio che in noi conoſce, che ragiona e vuole.

//

Pater Anton. Erber e Societ. Jesu, De Deo Uno, et Trino Trac. I. ...
= Sicut evidenter repugnat, ut unum Cadaver moveatur ab alio Cadavere, hoc itemum ab alio, et sic in infinitum, nisi ex[illegible] Primus Motor respectu totius seriei Cadaverum: ita evidenter repugnat ut una creatura producatur ab alia creatura, haec iterum ab alia et sic in infinitum, nisi extra seriem detur aliqua Prima Causa respectu totius seriei creaturarum =.
= Ratio a priori est quia insufficientia addita insufficientiae nequit constituere sufficientiam ergo cum singulae Creaturae sint sibi insufficientes ad existendum, etiam tota Collectio est sibi insufficiens. =

Caput III.
De Deo
h. e.
Theologia.

=

Articulus I.us
De existentia Dei.

Num. 1.
Deum existere ex Traditione cognoscimus.

Nonnulla de Mundo notavimus, plura de homine, aliqua nunc de Deo. Sarà egli dunque vero, che vi sia un Dio =? (Nicol. Jamin. Pens. teol. c. 1. n. 6) Parcite, quaeso, linguae; non enim dubitantes ita loquimur, sed amore ducti.

Respondemus itaque cum Cicerone: = Nulla gens tam immansueta, neque tam fera, quae non, etiam si ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat = (De Leg. lib. 1. n. 24.) = Tra i pochi principj, notamus pariter cum Weiss, su cui tutti i popoli sono d'accordo fra loro, il primo luogo tiene la esistenza di Dio = (Princ. filos. per la mon. vol. 3. art. Esistenza di Dio). Atque ubique locorum et temporum hoc scire profitentur homines per traditionem patrum. = Percorrete la terra da ogni parte, sic etiam quidam scribit, dalle contrade più civilizzate, dalle nazioni più colte passate in fondo ai boschi tra le orde selvagge, nessun popolo, nessuna famiglia sfugga alle vostre ricerche: entrate nella tenda dell'Arabo, nella capanna del Negro, nel casolare del Cafro e del Samojedo, ovunque troverete la credenza di un primo Essere, Padre di tutti gli esseri. Domandate a questi uomini gli uni ignoti agli altri donde è loro venuta questa credenza, e vi risponderanno: Patres nostri annuntiaverunt nobis = (De La Mennais. Dissemin. della vera Rel. to. 1. c. 2.).

Porro si bene loquebatur Plinius Junior in panegyrico Trajani (n. 62.) dicens: = Nulli omnibus, quam singulis; singuli enim decipere et decipi possunt; nemo omnes, neminem omnes fefellerunt =; melius adhuc superadichis Sinior sic ad rem nostram discurrit: = Nessuna tradizione è più universale, e più costante. Dunque nessun fatto è più certo! =

= Vorreste voi contrastare questa verità attraverso il maestoso concerto di tutte le generazioni, e di tutti i secoli intorno ad essa schierati per difenderla? In tal caso converrà a voi di contraffare ad ogni famiglia, ad ogni popolo la sua tradizione particolare meno attestata, e quindi meno certa; e cancellerete tutte le storie, tutte le testimonianze =.

= O dunque ammettere l'esistenza di Dio, o rigettare tutti i fatti tradizionali = (De Lamennais ibid.): ex traditione igitur Dei existentia luculenter patet.

Numer 2
Deum esse experientia deducimus.

Si igitur ut docet Ecclesiastes: = [illegible] semper sit cogitatus Dei = (9), cor nostrum scrutemur, aliosque de hoc ipso interrogemus, et luce adhuc majori Dei existentia coruscabit.

Experientia continua constat homines perversos identidem, licet ab aliis nihil paveant, attamen rebus ipsis in secundis Dei timore affici, et conturbari atque ex adverso saepe saepius homines bene moratos, etsi ab hominibus nihil paveant, attamen rebus ipsis in adversis Dei timore sublevari, et confortari. — Amplius. = Noi vogliamo essere felici, ait laudatus Scriptor, e noi possiamo divenire, che nel possesso di Dio medesimo. Fuori di Lui non troviamo che inquietudine, noja, disgusto; che una sterile stanchezza dell'anima sfinita dal travaglioso desiderio. Tutti i secoli risuonano di questa massima: in mezzo al nostro cuore tutto ciò che non è Dio, si perde, e scompare = (De La Mennais).

Porro si bene dixit Seneca: = Apud nos veritatis argumentum est, aliquid omnibus videri = (Ep. 117.), multo melius ad rem nostram Scriptor, quem supra laudavimus, sic argumentatur: = Ora se fosse possibile, che il genere umano credesse ciò che non è, a più forte ragione, ciascun uomo potrebbe essere ingannato da quello che sente: Negar questa prova (sentimentale) nel punto ov'è più unanime, egli è un togliersi il diritto di allegarla sopra nessun'altra = (La Mennais ibid.). Ex experientia igitur manifesta est etiam nobis Dei existentia.

Numer. 3.

Deum esse etiam Ratione cognoscimus.

Tandem si Mundum ac Genus nostrum conspicere velimus, ac ea in memoriam revocare, quæ superius de eisdem diximus clarius adhuc Dei existentia nobis patebit.

Nam res Mundanæ, ac Homines ipsi, ut superius dicebamus, mutantur, de uno ad alium statum transeundo: res Mundanæ, ac Homines ipsi insuper sunt contingentes, ac proinde antequam existerent poterant esse et non esse; quinimmo ad illa duo æqualiter se habebant: res ipsæ Mundanæ tandem, ac iidem Homines sunt inter se ordinati. Hæc sunt nobis satis superque manifesta.

At quidquid mutatur, initium habuit, non enim, ut ajebat Aristoteles, datur progressus sine initio; vel, ut tradebat Tertullianus = Novitas initium parit = (Cont. Marc. lib. 1.). Igitur vel sibi existentiam præbuerunt, vel ab aliquo Ente, quod Deum nominamus, habuerunt ut essent. Prius absurdum, verum ergo secundum. —— Amplius. = Omne autem, ut tradebat Aquinas, quod est possibile esse et non esse, causam habet quia cum de se æqualiter se habeat ad duo, scilicet esse et non esse, oportet si ei approprietur esse, quod hoc sit ex aliqua causa = (Cont. Gent. lib. 1. cap. XV. n. 4.); quam utique dicimus Deum. —— Præterea ubi multi ac diversi inter se conveniunt hoc aliunde, hoc ab aliquo ordinatore eveniat oportet. Nam, ut ajebat Aquinas = Diversorum diversæ sunt causæ = (De Regim. Princ. lib 1. cap. 1.) = Multi enim per se intendunt ad multa, unus vero ad unum = ([illegible]). = Propter quod in omnibus, quæ in unum ordinantur, aliquid invenitur alterius regitivum = De Regim. Princ. ibid): nihil enim sine causa efficiente.

Vel igitur datur mutabilitas sine initio, contingentia sine causa, et ordo sine auctore; vel per ea quæ facta sunt intellecta Dei existentia mirifice confirmatur: vel nempe admittendi sunt effectus sine causa, vel Dei existentia ex Cosmologia, et Antropologia quam maximum obtinet lumen.

Quam merito igitur Salomon iis verbis exclamasse non est dicendus! = Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei; et de iis quæ videntur bona non potuerunt intelligere... Eum qui est, neque operibus attendentes cognoverunt quis esset eorum artifex. — (Sap. 13. 1.)

Articulus II.
De Divinis attributis.

Num. 1.

Non conveniunt Homines quoad Divina Attributa.

Si totius Mundi una vox: Deus est! = Che cosa poi è Dio? = (Janin Deus. teol. cap. 1. n. 44.).

E' questo un quesito profondo (id. ib.), e quantunque universalmente si abbia Iddio quale Natura superiore alla umana, tuttavia variano in immenso le opinioni intorno alle qualità di questo Essere Superiore. Nel dire che Egli si sia, stanno nazione contro nazioni, scuole contro scuole, e seguaci di una stessa fede, di una stessa educazione pensano diversamente da' loro confratelli medesimi.

Nazioni intere hanno attribuito a Dio un corpo, che altre glielo hanno negato. E tra i Materialisti medesimi chi lo tenne per un Essere distinto e dal Mondo, e dagli uomini, e chi il volle una cosa medesima col Mondo, con noi. I primi diconsi Idolatri, i secondi Panteisti. E tra Idolatri medesimi chi disse un solo essere Dio, e chi più Dei ebbe a proclamare, detti perciò Politeisti. E Sabbaismo chiamasi l'Idolatria che in Cielo colloca le sue Divinità materiali; e Fetticismo quella che le colloca in terra.

Manicheismo, ossia Dualismo è la opinione di coloro, i quali ammettono due principj eterni l'uno del bene, e l'altro del male. Fatalismo dicesi l'opinione che nega la libertà a Dio. Deismo dicesi l'opinione che attribuisce a Dio la creazione del Mondo e degli uomini, ma gli nega la direzione e il governo. Deismo è l'opinione che vuol Dio Creatore, e Governatore, ma non Rivelatore della Religione, e Riparatore dell' uom caduto.

Che se si volesse interrogare Idolatri, e non Idolatri, seguaci di una Rel. medesima quanto d' una medesima scuola, intorno agli attributi medesimi di Dio, portiamo opinione che difficilmente si troverebbero due pensare allo stesso modo. Tanto in ciò varia uomo da uomo, che ben diceva l'Affricano: = Deus ubique publicus, ubique secretus = (S. Augustinus Enarr. in Psal. 74.).

E disse poco il Weiss in quelle sue parole: = Quanta non è mai la differenza che passa dal Dio de' Cristiani, e degli Ebrei, a quello dei Patagoni! E fra i seguaci di una stessa credenza religiosa quale immensa distanza non intercede fra il Dio di un ignorante contadino, e quello di un astronomo moralista! = (Princip. fil. pol. ecc. vol. 3. Artic. Attributi.). Perciocchè tra stessi contadini, come tra Astronomi vi ha diversità di ingegno, e quindi di opinioni.

Numer. 2.

Quæ attributa de Deo prædicari possint, solo rationis lumine —

Ma malgrado però di tante variazioni, qualora si stia attaccati ai principj della ragione alcuni attributi scorgonsi propri affatto della Divinità così patentem. esistente.

Diffatti se il Mondo, e noi uomini, perchè soggetti a dei cambiamenti, perchè mutabili, dobbiamo aver avuto principio, e quindi esser deve stata una ragion sufficiente, per cui noi abbiamo avuto a cominciare; egli ne viene di conseguenza legittima che questa stessa ragion sufficiente, che questo stesso Principio Creatore che questa prima fonte delle cause seconde mancar deve di principio, altrimenti cesserebbe di esser causa sufficiente: che è quanto dire, perchè noi cominciato abbiamo, perchè noi siamo temporanei, perciò Dio non ha cominciato, perciò Dio è eterno. E così pure perchè noi siamo contingenti, Egli perciò è un ente necessario; perchè noi siamo dipendenti e ordinati, perciò Egli è libero, e sapiente.

Anzi dove manca principio, dove mancano limiti per necessità di natura, ivi ogni bene esser vi deve senza alcun male, ed esservi senza limiti; perciò l'idea dell' infinito è inseparabile da tuttociò che è Divino (Weiss ibid.): perciò = Magnitudinis ejus non est finis = (Psal. 144): perciò a ragione sclamava stupefatto il Real Salmista = Quo ibo a spiritu tuo? Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris, illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua = (Psal. 138.); perciò Egli è dentro e fuori di tutto: = Deus manet intra omnia, extra omnia, super omnia, infra omnia interius penetrans, extra circumdans, sursum regens, deorsum continens = (S. Gregor. Moral. 18); perciò = Deus et semper erat, et est, et erit, vel ut rectius loquar semper est = (S. Gregor. Naz. orat. 41.). Ed essendo senza limiti, Egli è necessariamente un purissimo, e semplicissimo spirito; ed essendo illimitato, Uno solo Egli è non potendosi dare due infiniti:

E nulla essendo nelle cause contingenti, se non in merito della causa necessaria e prima, tutto quanto è di buono ed nel Mondo, e negli uomini, tutto Egli deve trovarsi in origine in Dio medesimo, ma senza limiti, ma senza imperfezioni onde il grande Agostino diceva: = Sic intelligimus Deum si possumus, quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine habitu omnia continentem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine ulla sui mutatione mutabilia omnia facientem, nihilque patientem; quisquis Deum ita cogitat, etsi nondum invenire potest quid sit, pie tamen caveat quantum potest, aliquid de Eo sentire quod non sit = (De Trin. lib. 5. cap. 5.). . . . .

Han dunque torto ogni guisa di Materialisti, perchè nessun corpo è immutabile; han torto i Dualisti perchè non solo è l'infinito; han torto i Fatalisti, perchè l'illimitato è necessariamente indipendente, libero.

È dunque manifesto, che diversi attributi Divini si possono conoscere, come l'Apostolo in quelle sue parole avvisava: = Invisibilia enim ipsius (Dei) per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque Ejus virtus et Divinitas; ita ut sint inexcusabiles = (Rom. 1. 20.).

Numer. 3.

Cur hac super re tanta sit disparitas opinionum.

Tanta diversità poi di opinioni da più cause può procedere. — Le passioni, massime la dominante, secondo noi, aver debbono a ciò contribuito. Correva voce, che la Luna fosse abitata, e contemplandola una dama, ed un Curato col telescopio: = Io tengo di vedere due ombre, disse la prima, che si vanno avvicinando: io non dubito punto, son essi due sposi! Eh! Madama, disse il Curato, le due ombre che voi vedete son certamente due campanili di una Cattedrale = (Paolo Zambaldi. Saggi per servire alla storia dell'uomo to. 1. cap. 12.). Imperciocchè la passione offusca, e per frasseggiare con Tullio = Mentis, ut ita dicam, perstringit oculos = (Cic. lib. 2. de finib.) ...

La mancanza di esercizio di operazioni intellettuali, la mancanza di esercizio nell'astrarre, e nel dividere, per così dire, dalla materia le forme e leggi, questo in secondo luogo, deve aver contribuito, e contribuire alla idolatria. Il volgo v. gr. non sa vedere le cose che in individuo, che in concreto: di rarissimo si fa egli alle generali, e facendovisi dà il più delle volte in errori stravagantissimi.

Ma più delle passioni, e dell'ignoranza, la sublimità del soggetto medesimo aver dee porta occasione alla svariata quantità di opinioni sopra da noi accennate. Imperciocchè

= Ut hominum membra nulla cogitatione, neque ipsa ac voluntate moventur: hi Domini se Deorum omnia figuntur, moventur, atque mutantur = ...

ciocchè tuttociò che è superiore non può mai comprendersi da chi gli è inferiore come avvisava Ugo Grozio (De Ver. Rel. Christ. lib. 1 cap. 8) e Dio, il quale infinite volte supera l'insieme delle creature, onde lo splendor di sua gloria necessariamente inarrivabile riuscir deve per l'uomo quasi folta nube e nera caligine, che il sottrae all'occhio mortale. E disse bene G. J. Rousseau: = Quanto più mi sforzo di contemplar l'infinita sua essenza, tanto meno la concepisco. Ma ella esiste, e ciò mi basta: meno la concepisco, più l'adoro. Il sentirmi oppresso dalla tua grandezza è il rapimento del mio spirito, è il conforto della mia debolezza =.

Onde sia per una ragione, sia per l'altra, è sempre bello il detto dell'Affricano: = Deus ubique publicus, ubique secretus, quem nemo permittitur ignorare, et quem nulli licet, ut est, cognoscere = (In Psal. 74.).

Articulus III.
De Operationibus Divinis.

Numer 1.
Deus creavit Cælum et terram, et omnia quæ in eis sunt.

Qui ex præexistenti materia aliquid facit, auctor, opifex, et conditor ejusdem dicitur; qui autem rem aliquam ex integro facit, tum nempe ratione formæ, tum ratione materiæ, hic rei ipsius Creator appellatur.

Quæ porro sunt æterna, sunt necessaria, nec immutari possunt. Insuper entia sunt simplicia cum non sint composita, ex præexistenti materia fieri nequeunt. Denique, ut ait S. August. = Omnipotens non est qui quærit adjuvari aliqua materia, unde faciat quod velit = (Cont. Fortun. Manich. disput. 1. n. 13.).

Igitur non tantum opifex, sed etiam Creator habendus est Deus O. M. Et pulchre quidam scripsit = Tutto esce da Lui, come da sorgente feconda d'ogni realtà. La Creazione intiera co' suoi soli, e co' suoi mondi ciascuno de' quali racchiude in se miriadi di altri mondi, non è che l'aureola di quel grand' Essere = (De La Mennais ut sup.).

Numer. 2.
Deus Mundum, ac genus Humanum conservat

Mundus ac genus nostrum sunt collectiones entium contingentium, quæ a Deo habuerunt existentiam. Hoc est nobis manifestum.

At entia contingentia nullam habent in seipsis existendi rationem: unde fit,

ut quemadmodum potuerunt divinitus ad existendum perduci, sic etiam quocumque temporis momento a Deo ipso annihilari possunt. - Igitur eatenus ipsa perdurant, quatenus continuata Dei opera conservantur. Unde aurea prorsus sententia est illa D. Gregor.: = Cuncta Illo subsistunt, a quo creata sunt: quia in semetipsis minime subsistunt =.

Hinc originem habuit illud Philosophicum dictum: = Conservatio est continua creatio =; hinc Deus dicitur ab Apostolo = Portans omnia verbo virtutis suae = (Heb. 3.): hinc praefatus Scriptor rite dicit: = Nulla sussiste se non per volontà di Dio, se non per una partecipazione continua del suo essere = (De La Mennais ibid.).

Numer. 3.

Deus omnia quaecumque creavit, regit.

Dicimus tandem Deum insuper gubernare, ac regere omnia quaecumque creavit, atque conservat. Atque hoc in primis dicimus ex eo, quod in rerum natura datur ordo, ut superius diximus; nec unitas in diversis haberi potest nisi per unum, qui = attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter = (Sap. 8.): qui solus Deus esse potest. Unde merito quidam Poeta cecinit

. . . . L'ordine del mondo
Dell'inesausta Creatrice Mente
Mostra il sapere immenso, e in ogni lato
Orme imprime di se profonde e chiare. — (Ales. Pope sopra l'uo[mo])

Dicimus secundo Divina Providentia regit Mundum, ac genus nostrum ex eo, quod Deus sit summe bonus, atque nos sic simus constituti, ut si nullum daretur regimen, nusquam necessitatibus nostris satisfacere possemus. Quocirca idem Poeta:

Pensate voi, che l'uom formato appena,
Di man della natura appena uscito,
A caso errasse senza legge o freno?
. . . .
No, no! Vano è pensar, che il Fabbro Eterno
Quale imbecille e timido sovrano,
Abbandoni allo stolido capriccio
Del Mondo inter l'armonico sistema — (Id. ib.)

Item dicimus tertio ex eo quod, ut supra ostensum est, nos simus liberi ... certas enim, ut ait Rousseavius, apparet necessario dari leges, secundum quas ... sit nobis vivere. Alias, ut ait S. Thomas: = Esset malum, sublato ordine boni, cujus privatio est malum = (Cont. gent. lib. 3. cap. 71. n. 7.).

Igitur nedum Deus omnia creavit, et conservat; nedum pusillum, et magnum ipse fecit; verum etiam omnia et singula conservat, et regit: = Et aequaliter est illi cura de omnibus = (Sap. 6. 8.).

= Sine Deo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus usus expedit = (D. August. De Civ. Dei lib. 8. c. 4.)

[illegible] 45

Protologia.

1838-39.

2137.

Delle Basi del Olim.

(Protologia

Telelogia

sive

Secunda Philosophiæ Pars

Proœmium

Artic. 1.

Quid et quotuplex Telelogia

A) **Quid sibi velit Telelogiæ nomen.**

Usque modo per Ontologiam; hoc est per primam Philosophiæ partem de iis, quæ sunt, pertractavimus; de Mundo nempe in Cosmologia, de Homine in Anthropologia, et de Deo in Theologia.

Nunc vero de communibus entium finibus dicere aggredimur; quod utique significat Telelogiæ nomen, quæque secundam, ex nostra sententia, Philosophiæ partem constituit.

B) **Diversa est ratione materiæ, de qua agit.**

Hoc autem studium variatur pro diversitate subjecti, sive materiæ, de qua agit; prout nempe illud, quod sibi demonstrandum proponit, varium sit ac diversum, sive ratione qualitatis sive quantitatis.

Hac de causa fit, ut Telelogia dividatur in particularem et generalem: particularis dicitur, quæ de hoc vel alio fine duntaxat inquirit; generalis e contra tunc dicitur, quando de finibus pertractat omnium entium, quorum existentia vel fuerit demonstrata vel demonstrari potest.

C) **Diversa est ratione modi, quo ipsa concludit.**

Variatur secundo hoc studium pro diversitate modi, quo in demonstrando utitur: cum enim = Scientia sit notitia conclusionum quæ a principiis demonstrantur = (S. Thom), variantibus principiis ipsa scientia varietur oportet.

Hinc fit, ut Telelogia insuper dividatur in Theologicam, et Philosophicam, quarum utraque iterum in Vulgarem et Litterariam. Theologica est illa quæ agit principiis revelatis innixa; Philosophica quæ principiis per se notis innititur: Vulgaris est quæ communiter vivendo acquiritur; Litteraria vero est, quæ data opera in scholis sub institutoribus addiscitur.

Num. 2.

Quæ et quotuplex sit Telelogiæ Utilitas.

A.) Telelogiæ generatim spectatæ utilitas.

Hoc autem studium generatim spectatum, quam maxime refert ex pluribus quidem de causis.

Refert 1º ex eo quod cum homines numquam velint aliquid, si prius illud cognitum non habuerint, posito quod fines dentur hominibus ipsis obtinendi, tantum valet eorumdem finium cognitio, quantum ipsorum hominum perfectio; nam = Ultima perfectio rei est in consecutione finis = (S. Tho. 1. p. quæ. 103. art. 1).

Refert 2º ex eo quod, posito, quod dentur fines determinati, ac certæ solummodo vires quæ exerceri possint, et ad eosdem obtinendos, tunc multo magis crescit necessitas cognoscendi Telelogiam, quoniam, ut tradebat Aquinas = Omnis ratio operis variatur secundum diversitatem finis, et eorum quæ operationi subjiciuntur = (Cont. Gent. lib. 3. cap. 3.).

Quinimmo cum tantum valeat rei alicujus acquisitio, quantum res jam acquisita valet, posito quod dentur fines maximi ac eximii pretii, tunc Telelogia ipsa pretium omnino infinitum haberet, nam = Morales actus recipiunt speciem, secundum quod intenditur = (2. 2. quæ. 64. art. 7).

Tanta est Telelogiæ generatim spectatæ utilitas. 64

B.) Telelogiæ particularis et generalis utilitas.

Atque his rite perpensis, facile est agnoscere, quæ et quanta sit utilitas Telelogiæ particularis et generalis.

Dicimus itaque tantum Telelogiam particularem referre, quantum ipse finis particularis refert, ad quem cognoscendum incumbit; tanta e contra est Telelogiæ generalis utilitas, quantam habent simul sumpti fines omnes, in quibus cognoscendis versatur.

Patet proinde Telelogiam particularem inferiorem esse generali.

C.) Telelogiæ Theologicæ et Philosophicæ, Vulgaris et Litterariæ utilitas.

Quod si Telelogiæ meritum perpendere velimus prout est diversæ originis, haud difficile erit opus.

Etenim Telelogia, quæ Theologica appellatur, tantum Philosophicam excurrat, quantum Divina auctoritas præstat Humanæ.

Vulgaris insuper Telelogia, quæ longo tempore ac labore multo discitur inferior est Litteraria, quæ brevi tempore ac labori modico apprehenditur.

Num. 3.

Quæ et quantæ sint Telelogiæ partes

Quæstio: Quales sint [illegible] partes.

A.) Quæ hoc studio cognoscenda.

Ad persolvendum vero hoc studium majori qua fieri poterit utilitate, nonnullæ sunt nobis conditiones observandæ.

Omnis res imperfecta ~~imperfecta~~ in tantum perficitur, in quantum suum consequitur finem: hoc nobis ex Logica constat. Igitur cum omnis ratio operis tum finibus obtinendis, tum viribus ad hoc exercendis respondeat necesse sit, ad hoc studium vitæ persolvendum tum fines tum vires, ac eorundem qualitates erunt nobis investigandæ.

B.) Quo ordine ~~hoc~~ studium faciendum.

~~Veruntamen non indiscriminatim~~ his de rebus operam dabimus.

Nam, cum ut fert illud effatum = prius est esse, quam operari =, in hoc studio persolvendo, quod primum investigandum arbitramur erit existentia finium, secundo Virium; tertio eorundem finium et virium naturæ sive qualitates; hic erit ordo studii nostri. (x)

C.) Quot hujus studii partes.

Atque proinde cum in rerum natura ratio sit oportet rectæ divisionis, in tres Telelogiam dispescimus partes.

In quarum prima tractabimus de terminis objectivis, sive de finibus; in quarum secunda dicemus de terminis factivis, sive de viribus; in tertia autem de terminis distinctivis sive de finium ac virium relationibus.

(x) I°. de Finium Viriumque Existentia: II°. de Finium existentium Natura: III°. de Virium ipsarum existentium Natura.

I. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] 1. De [illegible]
[illegible] 2. [illegible] 2. De Natura [illegible]
3. [illegible] 3. De [illegible]

[illegible marginal notes]

Caput I.

De Finium, Viriumque Existentia.

Articul. I.

Illustrationes Historicæ ad prædictam quæstionem.

Num. 1.

An Finium an Virium existentia fuerit a Philosophis investigata

A) Omnium temporum Philosophi hac super re operam dederunt et illi præsertim qui ingenio alii præstabant. Non vero omnes ac singuli ex ipsis hanc materiam scrutati sunt sub quocumque adspectu. Alii enim de existentia finium, alii de virium existentia perquisierunt.

B) Non tamen singulis Philosophiæ epochis eadem cura hæc materia fuit pertractata: sed maximus ardor, quem primitus Philosophi demonstravant quoad finium existentiam, progressu temporis deferbuit, et universus est ad Vires notiones perquirendas. Quod maxime apparet post Evangelii diffusionem, cujus gratia quæstio de finium existentia quam maxima claruit luce.

C) Sed, quod sub silentio prætereundum non est, illa est Philosophandi ratio, quæ post Cartesium aliosque invaluit in scholis. Cum enim a Philosophia eo res devenit, ut separatim illa quæ sunt a lumine rationis, ab illis quæ sunt a Revelatione inderentur, mirum est ut Philosophi iterum atque iterum solo rationis lumine ducti finium existentiam fuerint perscrutati; nec defuerint qui fines dari denegaverint.

Numer. 2.

An hac super re Philosophi pertractantes satis sibi convenerint.

A) Is perperam inutiliter aliquis in tanta Philosophorum multitudine ac rerum difficultate aliquam in omnibus concordiam speraret. Præ aliis circumstantiis, hic restat cum Virgilio dicendum:

> Non mihi si linguæ centum, oraque centum
> Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas
> Possim... (Æneid. lib. 6).

B.) Hoc meminisse sufficiat, quod tanto ardore et confusione apud Philosophos antiquos quoad fines fuit disputatum, ut teste Varrone, in ducentas octoginta octo abierint sententias; quod in suo libro de Civ. Dei D. Augustinus notavit (Lib. 19. cap. 2.).

Harum opinionum multitudinem ac diversitatem omnino superat nubes illa sententiarum, in quas posteriores Philosophi devenerant rerum naturam perscrutantes.

C.) Sed quod magis ad nos spectat est, ista temporum nostrorum conditio, cujus causa parum admodum illę questiones ęstimantur, quę tam fines rerum vires respiciunt: amara conditio ex nimio vitę plagię amore profluens.

Numerus 2.

Quę sint opiniones hac de re fallaces

1) Sed omnibus omissis, quę ad rem nostram minime spectant, illę Philosophorum sectę veniunt recensendę, quę veritatem nobis demonstrandam vel immediate vel mediate adversatę sunt.

Finium existentiam immediate attollunt Materialistę qui omnia ex fortuito atomorum concursu evenire arbitrantes quemadmodum nullam admittunt hujus Mundi causam efficientem sic nullam volunt causam finalem. Hinc est quod Lucretius antiquus Materialista affirmabat oculos non esse conditos ut videant, aures ut audiant, et pedes ut ambulent, sed postea usu hęc evenisse (Lib. 4. de rer. nat.)

3.) Qui vero mediate tantum finium existentiam adversantur sunt Academici et Lokiani.

Risli enim nimio difficultatis rei inveniendę timore abrepti, sed abstinent a quavis inquisitione, eligentes dubium potius quam veritatis cum labore inventionem.

Lokiani vero, sive quicumque omnia metienda esse experientia sensuum arbitrantur cum fines sub sensibus non cadant, omnem viam eosdem inveniendi furantur: manus amicas vel inviti porrigentes ac Materialistis. Unde perillustris vir Bergierius scribebat: = La sublime teoria, che tutto riferisce alle sensazioni non è stata immaginata, che per aprir la strada al Materialismo = (Trat. Stor. Dog. della Rel. to. 3. c. 1. art. 1.) Et comes De Maistre: = Loke col suo propulano sistema ha katenato il

Materialismo, per esso la ragione ha perduto le sue ali, si straccina come un rettile fangoso, e tutte le morali scienze periscono = (Vesp. di l. Pabst.).

c.) .. Quamvis autem inter adversarios existentię finium tum Academicos tum Lokianos recensuimus, eos tamen nunquam dicere audebimus voluntarios Materialistas.

Nam aliud est aliquid ex professo adversari et scienter; aliud autem est hoc facere sine aliqua deliberatione ac ignoranter. Quocirca rite scribit de eo qui fautor est systematis Lokiani Cesar Cantù: = = Chi è educato in questa filosofia ora scaduta quanto era esaltata nel secolo trascorso --- passa per pregiudizio di scuola, non per ragionato scetticismo ... Altro è l'Ateo di proposito, altro l'Ateo di conseguenza = (Indice della Raccolta Period. di Belle Arti. Ottobre 1836.).

Articulus II.

Fines ac Vires in rerum natura apparent.

Numer. 1.

Utrum in Mundo dentur Causę Finales.

---

a.) Probatur primo ex motu qui in Mundo habetur.

Ubi autem premisso, ut nullus in re tanti negotii remaneat dubitandi locus, propositam resolvemus quęstionem argumentis desumptis primo ex Cosmologia, secundo ex Antropologia, tertio ex Teologia.

Atque prima causa cur in Mundo fines dari affirmamus est motus, quo sive in Cęlis sive in Terris fieri nemo est qui nesciat. Sydera enim errare, Solem nasci et occidere, lunam crescere et decrescere, rivos circumfluenti aqua decurrere, plantas augeri, bruta pervagari, innumeris aliis ommissis, omnibus est compertum.

Sed omnis ratio motus nemine diffitente, duos includit terminos unum nempe ac primum a quo mobilia discedant, alterum ac postremum, ad quem mota convertuntur atque perveniunt. primum ubi motus incipit, secundum ubi motus deficit ac finem habet.

Vel igitur omnis ratio motus repudianda est, vel fines dari in Mundo admittendum venit.

3.) Probatur secundo ex ordine qui in motu ipso habetur.

Secunda autem causa, cur in Mundo fines dari affirmamus, est ordo, qui in ipsis Mundi motibus apparet.

Nam compertum est, atque indubitatum, motus qui vices in Cœlis observantur sive in terris ita fieri ut nullatenus sibi adversentur, sed concorditer procedant atque persolvantur. Nam, non obstantibus corporibus numero ac mole in infinitum prope modum ad invicem diversis, dies noctesque, ac quatuor anni tempestates, ita sibi succedunt ut una prorsus sit rerum mundanarum multitudo et collectio, ut unus duntaxat sit Mundus.

Hæc autem harmonia, ac ordo tot inter et tantas rerum diversitates nullatenus duraret nisi motus rerum particularis generationibus motibus esset subjectus, nisi plures partes in unum tenderent, nisi fines communes fines complecterentur particulares. Cui veritati consona est illa Aquinatis sententia. = Lucia nec multi navem in unam partem traherent nisi aliquo modo conjuncti. Uniri autem plura dicuntur per appropinquationem ad unum = (De Regim. Princ. lib. 1. cap. 2.).

∴ Proindeque vel nullus ordo admittendus in Mundo, vel fines in eodem dari concedendum est.

4.) Probatur tertio ex effectibus qui ex eodem motu sequuntur

Tertia autem causa, cur fines in Mundo dari affirmamus sunt nonnulli effectus qui motus eorum subsequuntur.

Quid enim est, quod tot ac tantis efficitur Mundi motibus? Quinam ex inde proveniunt effectus? Eorum causa fit, ut plantæ virescant, florescant atque fructificent: eorum causa fit ut pisces maris, reptilia terræ, volucres Cœli et pecora campi vitam vivant, unumquodque in genere suo: fit nempe ex eis ut duplex regnum Minerale videlicet et Vegetale, subsistat ac mirum in modum in suis perficiatur individuis.

∴ At omnia quæ nascuntur a statu possibilitatis ad statum transeunt existentiæ, et omnia quæ perficiuntur suum obtinent finem

Nam, ut cum D. Thoma repetamus. — Ultima perfectio rei est in consecutione finis = (art. 205.).

Atque hac super re cum ipso Voltairio dici potest: = I veri filosofi ammettono le cause finali quando gli effetti sono invariabilmente gli stessi ed in ogni tempo: i geometri non filosofi le hanno rigettate =

Numer. 2.

Utrum fines habeat Genus Humanum.

A.) Probatur 1.° ex tendentiis quas homo habet.

Sed multo facilius quæstio de finibus resolvitur ex argumentis ab Antropologia desumptis.

Siquis enim animum suum attente considerare voluerit, scena vere admiranda veniet ipsi conspicienda. A ventis spirantibus undique quiescentibus impulsa navis per mare tempestatum ipsi sibi videbitur: tot enim et tam grandes sunt animi sui affectus, cordis sui desideria, ac inclinationes! Insufficiens quinimmo est hæc ipsa imago: aliquando enim venti sedantur, undæ tranquillantur, ac navis ipsa quiescit. Sed cor hominis semper est tempestuosum; in dies et interdum in horas novis subjacet desideriis atque modo hac, modo illac excitatur, et commovetur passione atque aliquibus passionum ventis cessantibus alii insurgunt, ac spirant, adeo ut mutentur venti quidem, minime vero jactatio.

Quis autem perpensis quis non videbit genus humanum tot ac tantis tendentiis affectum fines habere? Quemadmodum enim motus concipi nequeunt sine finibus, eodem modo fines supponunt quævis tendentiæ.

B.) Probatur 2.° ex ordine, qui in ipsis apparet tendentiis.

Præterea hujusmodi inclinationes quæ cor humanum afficiunt, sic procedunt ut nervum concludendi momentum præbeant nobis.

Enimvero prædictæ inclinationes non jam indiscriminatim et sine aliqua lege exsurgunt, ac vim suam exerunt, sed quodam ordine enascuntur atque operantur. Nam experientia quotidiana constat quod singuli homines primo desiderio existendi afficiantur, quod secundo summo studio gratas sensuum impressiones appetant; quod tertio ad cognoscendum inhient. Unde D. Aquinas inclinationum naturalium generationem fieri dicebat: = Primo secundum naturam substantiæ, secundo secundum naturam animalis, tertio secundum naturam hominis = (1. 2. q. 94. a. 2.) Quem ordinem aliquo modo apparere arbitramur in sequenti Joannis Baptistæ Vico sententia: = Gli uomini prima sentono senza avvertire; dappoi avvertiscono con animo perturbato e commosso; finalmente riflettono con mente pura = (Princ. di Scienza nuova. vol. 1. p. 1. 52).

Sed ubi ordo, et harmonia complura non uniuntur nisi per appropinquatio: nem ad unum, ibi quoque finis sit oportet. Unde merito Segur Canti scribit: = Ogni simmetria è un fine per se stessa = (ubi sup.).

(C.) Probatur tertio ex effectibus, qui easdem sequuntur inclinationes

Denique si ea considerare velimus, quæ constanter prædictas subsequun: tur humani cordis inclinationes, iterum dicendum erit in humano genere fines haberi:

Omnibus enim compertum est quod homines primam ex prædictis in: clinationibus obsecundantes enutriunt ac aliquibus immaturæ mortis casibus excep: tis, ad plenitudinem perveniunt ætatis; compertum est quod secundam obsecundantes inclinationem potentiam perficiunt sensitivam; tertiam vero ob: secundantes inclinationem vim perficiunt intellectivam. Quod idem est ac si di: ceretur; potentias satisfieri atque adimpleri ac totum hominem perfici per re: gularem passionum usum.

Cum igitur per solam finium consecutionem entia quæcumque perfici pos: sint, hac etiam de causa concludendum est genus humanum fines habere.

Numer. 3.

Utrum Creator aliquem ob finem fuerit operatus.

1.) Probatur 1° quia est primus agens.

Omnis denique quæstio de finium existentia luculenter dissolvitur argu: mentis ex Theologia depromptis.

Quid enim post ea quæ hactenus dicta sunt, sentiendum est de hoc adspectabili Mundo, sive de genere nostro? Ex superius dictis evidens nobis est multitudinem creaturarum quam Mundum appellamus causas habere fina: les: universasque creaturas rationales quas genus humanum dicimus, causas pariter habere finales: quod idem est ac si diceretur, rerum Naturam fini: bus esse præditam.

Ut nihil esse potest in creaturis quod vel formaliter vel virtualiter non inveniatur in Creatore. Quo in sensu D. Aquinas sequentem scripsit sen: tentiam = In quolibet genere causa prima est magis causa quam causa secunda: nam causa secunda non est causa nisi per causam primam = (Cont. Gen. lib. 3. cap. 17.).

Cum igitur Creator sit primum agens, in creaturis non dantur causæ finales, nisi quatenus Ipse est prima causa finalis; Mundus et Genus nostrum fines non habent, nisi quatenus Deus eadem ob aliquem finem creavit.

(3.) Probatur 2º quia in agendo est summe potens.

Præterea ex superius demonstratis constat quoque nobis in rerum natura ordinem haberi, ejusdemque inveniri harmoniam, quamvis tot ac tantæ sint res inter se distinctæ, quamvis in rerum universitate complures habeantur naturæ contrariæ, his tamen non obstantibus unus est Mundus, in unum namque res conveniunt.

Sed ut tam distincta ac diversa in unum ordinem conveniant, talis ac tanta virtus requiritur, ut non solum omnes creaturæ sigillatim spectatæ essent, verum etiam complexive: nihil enim, ut ajebat Leibnitius, sine ratione sufficienti. Quam veritatem ipse Aquinas ex parte illis indicabat verbis: = Ea quæ sunt secundum naturam distincta, in unum ordinem non conveniunt, nisi ab uno ordinante colligantur in unum = (Contr. Gen. lib. 3. cap. 64.).

Provvidenza

Igitur, cum Deus Creator sit singulis ac omnibus creaturis fortior, eatenus habetur ordo in rerum natura, quatenus Creator ipse res omnes collegit in unum, quatenus ob aliquem finem est operatus.

(.) Probatur 3º. quia in potentia est summe sapiens.

Denique quis est qui nesciat hominem rationis lumine insignitum, ac perspicuum in rebus creatis Dei opus, quis est qui nesciat eatenus operari quatenus prius cognovit, eatenus velle quatenus prius intellexit, omniaque sua in aliquem finem ordinare?

Sed = Omne quod est tale per participationem causatur ab eo quod est tale per essentiam = (qu. 96.). Atque si talia operantur homines, a fortiori Creator qui rerum omnium est causa essentialis. Hinc proinde merito sic allocutus est Psaltes regius eos qui hanc oppugnabant veritatem: = Intelligite insipientes in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem non audiet? Aut qui finxit oculos non considerat = ? (Ps. 93.).

Triplici igitur argumentorum genere contra Materialistas omnesque fautores fines dari in rerum natura certum est notum atque manifestum.

Numer. 4.

Utrum Vires activæ habeantur in rerum natura.

A.) Dantur in Mundo Vires activæ.

Præter fines, sive causas finales dantur insuper in rerum natura, vires potentiæ ad agendum inclinatæ: quod breviter demonstramus.

Quis enim vim motricem, qua corpora cœlestia, et sublunaria ad invicem attrahuntur, ut in physica compertum est, quis unquam denegabit? Hac enim de causa fit, ut corpora majora moveant minora, atque in dies magis a nobis videantur appetere centrum? Præterea ut cum quodam Auctore loquamur: = I minerali che compongono il globo terrestre non sono in uno stato inerte: i movimenti interni di essi provano, le trasformazioni che subiscono, le ossidazioni, le precipitazioni, le cristallizzazioni, le combinazioni, i depositi e tutte le azioni che si operano nelle viscere della terra, provano indubitatamente, che vi esistono delle forze potentissime = (J. J. Virey Strat. comp. di temantem. e prat. fascic. 16. §. 224.).

Quod melius adhuc in plantis et brutis apparet: eaundum enim quemdam ordinem [illegible] enascuntur, conservantur, augmentantur, generantur atque destruuntur: quoniam videlicet eorum vita et mors evidentissimo atque constantissimo fit virium exercitio. Atque, ut cum laudato Auctore loquamur, = Avendo luogo la loro vita col mezzo di forze unicentriche, la loro morte per effetto di divergenti, e centrifughe = (id. ib. §. 17.).

Dantur igitur in Mundo Vires activæ.

B) Genus quoque nostrum hujusmodi Vires habet.

Quod magis magisque videre possumus in nobis ipsis utpote qui intellectum habemus seipsum intelligentem, ut [illegible] [illegible],

Nam illa ipsa vis attractionis, qua corpora invicem attrahuntur in nobis ipsis apparet qui continuo in terram tendimus. Atque illa ipsa vis quæ est causa, cur plantæ et bruta vitam vivant, atque illa quæ est causa cur pereant, atque dissolvantur, in nobis ipsis adsunt qui nascimur et morimur. Nec aliud est existentia corporis nostri, quam constans virium exercitium.

Præterea quod melius [illegible] ad rem nostram [illegible] quod nos rationales [illegible] [illegible] vita [illegible] intellectum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] res [illegible] et gemmas, cognoscentes bona spiritualia et infinita du-

ubi rerum amore trahimur, dum sui verum genere gaudemus, sensibus obtecti rebus terrenis ac transeuntibus, sumus illecti; intellectu ducti, spiritualibus bonis ac æternis inhæramus. Hinc enim originem trahit quam patimur luctam carnem inter et spiritum; hinc tot ac tantæ curæ, quæ genus nostrum premunt, necnon illa tam grandis et varia morum disparitas.

Quam veritatem antiquus Poeta contemplatus merito exclamabat: = Trahit sua quemque voluptas =. Augustinus vero admodum scite vitam hominum dicit: = Exercitium desideriorum =

Sic illi evidens erat Virium existentia in genere nostro.

(C.) Vis denique Divina transfusa in ipsa rerum natura.

Omnibus tandem hujusmodi potentiis vim quamdam fortem apparet veram Divinam: quod licet ex Deo in Theologia nati constet, hic tamen meminisse juvabit.

Nam quæcumque moventur ac mutantur, cujuscumque virtutis sint, esse desierunt, eorumdemque, ut bene videbat Gregorius = Cuncta illa subsistunt a quo creata sunt; quia in semetipsis minime subsistunt = (Mor. lib. ...) Cum igitur vires, quas superius existere dicebamus, tales sint per participationem in tantum quemdam habent statum, in quantum continuo conservantur in esse per vim Divinam. Nec aliter excogitari potest, ubi perpendatur quæ in rerum natura unitas habetur: = Multi enim, ut ajebat Aquinas, per se intendunt ad multa, unus vero ad unum = (S. 1. cug. ... art. 4.).

Vis igitur habetur Divina quæ attingit a fine ad finem, et disponit omnia suaviter; Deus est = Portans omnia verbo virtutis suæ = (Heb. 1. 3.)

... Merito ... Egli è Dio medesimo ... a tutte le creature ... Egli è l'anima comune ... la forza vitale del Mondo ... tutto è soggetto a questa suprema Potenza vivificante = (Vicen. ibid.).

Nos vero cum sic in rerum natura Vis Divina transfusa dicimus cum Apostolo = In Deo vivimus movemur et sumus =.

Ex dictis igitur tum Divinum, tum Virium existentia patet.

Articulus III.

Adversariorum momenta dissolvuntur.

Dum. 1.

Doctrinam finium nobis obscuram ac reliquis creaturis ignotam, ... absurdam dicunt.

1.) Quamvis autem finium ac divinam doctrinam tanti videant adversarii argumentis innixam; eam tamen oppugnare non desistunt.

Et immo quidem sic argumentantur contra finium existentiam. Si fines rerum particulariam apud oppugnari nequeunt, quomodo stabit finium doctrina? = E volete che crediamo, diceranno pure a S. Agostino, rendateci ragion d'ogni cosa = (Veri principii ec.).

Praeterea argumentantur ut aliquid dicatur propter finem ratione opus est illis; sed exceptis hominibus creaturae insensibiles non agnoscunt finem; bruta vero non apprehendunt rationem finis (1. 2. q. 1. art. 2.).

Absurdum igitur est doctrinam tradere eorum, quae vel obscura sunt, vel omnibus ignota.

(3.) Perperam autem ratiocinantur; dato enim et non concesso, quod plena sit obscuritate quoad homines doctrina causarum finalium, et quod omnino ignota sit aliis omnibus creaturis, non potest tamen dici absurda. Rem enim esse non evidentem et multis ignotam et rem esse impossibilem, sive absurdam sunt duo prorsus distincta, quae minime sibi sunt synonima.

Praeterea obscuritas quam adversarii objiciunt non respicit finium existentiam, sed finium existentium naturam. Atque nos fatemur difficile admodum esse, qui et qualis sit cujusque entis finis, cujus sit naturae, sive qualitatis causa finalis cujuscumque entis, definire. Sed nemo, qui sensatus sit ex eo quod aliqua res sit obscura argumentari voluerit ad obscuritatem rerum dissimilium: hoc esset de re ad rem transire.

Quamvis, igitur, natura finium sit plurimum obscura, non cessat tamen quod fines existere sit prorsus manifestum.

Neque, ut videbat S. Augustinus, ideo negandum est quod apertum est, quia comprehendi non potest quod occultum est = (Lib. 2. de Dono persev. cap. 11.).

.) Ad illud vero quod secundo objiciebant, opus nempe esse ratione ad agendum propter finem, et nos ipsi concedimus aliquo in sensu secundum quid: ab solute autem negamus.

Nam inter plura, quae agant propter finem opus est utique ratione, opus est utique quod aliquod ex ipsis agentibus cognitionem habeat finis, ut ordinate perveniatur in finem: non autem est necessarium, quod omnia et singula ex ipsis hujusmodi cognitionem habeant ut possit tendere ad finem. Quod S. Thomas similitudine sagittae illustrabat: = Sicut sagitta, ajebat, tendit ad determinatum finem ex hoc quod movetur a sagittante, qui suam actionem dirigit ad finem = (p. 1. q. 103. a. 2.)

Essendo poi questa scienza relativa ai progressi, che fa l'uomo nel conoscere il Mondo, di che è parte, e l'umana specie, di cui è membro, e Dio Signore del quale è opera; ed ai progressi ch'egli fa ancora nel conoscere le cause finali, per cui Dio Signore abbia creato il Mondo e l'umano genere; è ben naturale, che questa scienza medesima abbia dovuto risentire lo stato delle cognizioni ch'ebbe in diverse epoche lo spirito umano in Ontologia, e Teleologia, nello stesso modo che queste umane scienze avanzavano, e retrocedevano, essa pure o avanti, o indietro dovea muovere.

E' perciò, che alla maniera della Filosofia, di cui essa fa parte dividendola noi per epoche la diciamo Antichissima, Antica, Media Nuova, Novissima

Antichissima chiamiamo la insegnata dai Rabbini presso gli Ebrei dai Caldei in Babilonia, da Magi in Persia, da Bramani nelle Indie; dai Jerofanti nell'Egitto da Druidi nelle Gallie, dai Mandarini nella China ec.

E Diceologia Antica chiamiamo la insegnata da Socrate, ed in special modo da Aristotile tra Greci, un Cicerone, un Seneca, un Epitetto tra Romani.

Diceologia Media o Scolastica chiamiamo noi quella insegnata dopo la comparsa degli Arabi in Europa, nelle scuole cristiane, e dedotta e dai principj naturali, e da soprannaturali; cioè a dire appoggiata alla ragion dell'uomo, e all'Evangelio. Tra quanti che ne la insegnarono ebbe

tra tutti a distinguersi S. Tommaso d'Aquino, come ne sarà sempre irrefragabil prova la sua Somma Teologica, che i Grandi dopo consultarono, e ne anche alla lontana valsero mai ad imitare.

Nuova scienza del costume abbiamo quella, che dopo la vantata ristaurazione della Filosofia si volle introdurre nelle scuole, insegnandola ai soli lumi appoggiati della natural ragione. E Novissima chiamiamo quella, che dopo la caduta del Lokkianismo; e dopo le divisioni, e suddivisioni, e riforme introdotte dalla scuola Kanziana, in Germania, e massimamente in Italia ha cominciato a comparire. Sopra ciò ha scritto, e scrive il celeberrimo genio Italiano da Rovereto del Tirolo; prova di questo superiore a ogni dubbio al pubblico che riflette è l'opera sua che ha per titolo Filosofia della Morale che si sta stampando (Milano dalla tipograf. Pogliani).

C) Se si possa altrimenti ancora distinguere.

Che se altra volta distinguevamo la Filosofia e per riguardo a ciò di che tratta, e per riguardo al modo di che essa può servirsi nel trattarlo; sotto questi due aspetti ancora si può distinguere la Scienza della Morale.

Quando dunque la Diceologia tratta di tutto ciò, che è indispensabile al conseguimento dei fini, in tale caso le sue dottrine vengono ad essere un corpo completo di dottrine morali, ed essa perciò può dirsi scienza Universale dei costumi. Che se per contrario sol che in parte trattasse delle cose necessarie all'adempimento delle potenze, le sue dottrine non sarebbero, che un corpo imperfetto di Scienza morale, ed essa non meriterebbesi, che il titolo di Parziale, o incompleta.

Per riguardo poi al modo, o essa è Servile, o Eclettica; o è seguace del Sensismo o dell'Idealismo; ovvero sull'autorità altrui riposa; o di tutti e tre questi criterj si serve nelle sue deduzioni

Num.° 2.°
Che merito abbia la Diceologia così definita, e distinta.

A.) Importanza della Diceologia sopra definita

E dopo quanto abbiamo detto in Fisiologia, e Teleologia facile cosa è il conoscere di che merito, o importanza sia la Scienza della Morale che siamo per imprendere.

Imperciocchè se il dilettevole va al di sotto dell'utile; onde il Maggior Weiss diceva: = Una sola idea veramente utile allo stato val più che migliaja di epigrammi, di sonetti, di ariette, di balli, e di tutti i capo-lavori di Fidia, e di Tiziano = (Princip. Polit. Filosof. ec. vol. 2 della Scienza): e (un) laborioso ciabattino è per la società indispensabilmente più necessario d'un ozioso milionario = (ibid vol. 1. Virtù sociali), e se l'utile di questo Mondo il più grande, che si possa concepire, scomparisse affatto, e nulla varrebbe a compensarci della perdita della beata eternità; onde il grande Pascal diceva: = La scienza delle cose esteriori non ci consolerà già dell'ignoranza della Morale al tempo dell'afflizione; ma la scienza de' Costumi ci consolerà sempre dell'ignoranza delle cose esteriori = (Ne' suoi Pens.): se anzi ogni utile è inferiore a ciò ch'è necessario, e chi non vede di quale preziosità sia la scienza della Morale, per cui trattasi niente meno che di conoscere il modo di ritornar la Creatura al Creatore? Questo è l'oggetto finale di essa scienza; e sotto questo punto di vista, e di elevazione somma conviene riguardarla, essendo il fine quello che dà il nome alle cose (S. Dam.).

Quindi se ogni ricco per vigoria di corpo, per beni di terra, e per sapere senza questo fine essendo egli tuttavia povero; e per contrario ogni povero di beni di natura e di fortuna essendo con questo fine ricco (S. Agost.); questa scienza in ultima analisi è la sola cosa Utile per l'uomo. Ed essendo certissimo che l'uomo è fatto per Iddio, a cui ha per suo uffizio di guidarlo questa scienza, essa pure viene ad essere la regina di tutte le arti, e scienze umane (S. Tho. 1. 2. q. 9. a. 1 ad 2). Onde una verità di primo ordine esprimeva in quei accenti il Maggior Weiss: = Le Matematiche pertanto, la Fisica e tutto il loro codazzo non possono considerarsi che quasi prima soglia, o vestibolo del Tempio della Sapienza, di cui però l'Ethica, cioè la Morale è il vero Santuario = (Princip. Filos. Polit. e Mor. vol. I. Introduz.).

Questo è il merito della Diceologia, questa è la sua naturale dignità, che la sola ignoranza o demoralizzazione può sconoscere.

B.) Se il merito della Diceologia diviso per età accennar si possa.

Ma se dopo quanto si ebbe conosciuto in Ipsologia e Teleologia, facil cosa si era per noi il dire del merito della Diceologia, che a quelle scienze quasi a base appoggiasi; = Che di tutte raccoglie il frutto squisito = (Rosmini ibid.), e tutte esse finisce e suggella; egli non è poi

di eguale facilità il conoscere il merito relativo delle scuole di Diceologia, che distinte abbiamo per epoche o età.

E questo perchè non sappiamo a quanto precisamente si estendesse quello che in caduna di esse epoche insegnato venne per riguardo al modo di agire, onde perfezionarsi l'uomo; e perchè quando anche ciò fosse conosciuto con tutta verità storica, il tempo segnato alle nostre investigazioni sull'argomento nol permetterebbe, perchè troppo ristretto.

Quel solo che diciam sopra si è, che eccettuato il Popolo Ebraico, essendo ogni altro popolo cultore di false divinità, necessariamente, tranne la Morale degli Ebrei, ogni altra scienza di Costume, che a que' tempi potè esser comune alle altre nazioni deve essere stata empia e rovinosa per l'uomo. La qual cosa, salvo sempre l'Ebreo popolo, con più di ragione dir si deve dell'Etica antica, essendo che a quel tempo le passioni più stupide, più feroci ed umilianti erano divinizzate, ed ogni cosa avevasi per Iddio fuor di Dio medesimo.

Per riguardo poi alla Diceologia, che Media dicevamo, quanto essa fosse eccellente, sarà sempre bastevole a provarlo la grand'opera di S. Tommaso da noi sopra accennata, cioè la sua Somma Teologica. Che se gli Scolastici a troppe sottigliezze si abbandonarono, questo ricade sul genio del secolo, e nulla toglie al merito della cosa. Ma con tutto il rispetto, e buona opinione che noi aver possiamo della rettitudine d'intenzione, con cui saranno state scritte diverse opere concernenti la Diceologia da noi detta Nuova, possiamo tuttavia pensarvi sopra senza una specie di raccapriccio per la sua piega all'Epicureismo.

E parlando del merito della Diceologia Novissima, promossa dal Cav. Rosmini, la abbiamo per eccellentissima, e facciamo i più ardenti voti per la sua diffusione.......

(9) E che della medesima da noi distinta si possa dire.

Che se alcuna cosa si voglia dire del merito della Diceologia distinta secondo quello di cui tratta, e secondo il modo di trattarlo, facilmente si conosce vario merito aver essa, secondo il vario punto di vista sotto cui si riguarda.

Migliore v. gr. è la Diceologia Generale che la Parziale. Perchè Dio dignora è la Ragion delle ragioni, ed assai di più Egli ama noi, di quello noi amarci ci possiamo, essendo Egli verità e bontà infinita, ne viene di conseguenza che la scienza di costumi, che Dio rivela agli uomini è la migliore tra le possibili, la più ragionata, la più buona, la più giusta, la più santificante. Tranne poi il caso di Etica divinamente rivelata

tranne il caso di riportarsi all' Autorità di Dio, il servir alla quale è regnare (il Salm.), ogni Diceologia servile è vera pedanteria, è fior di sciocchezza; difetto di cui non va esente neppur la Diceologia ecclettica, quando essa non verifichi scielta sulla scorta di principj per sè evidenti.

Nè sapremo noi scoprire ragionevolmente traccia di Morale, quando per giudicar d'ogni cosa, quando per scoprire verità restar dovessimo fedeli esclusivamente al Sensismo; come non potremmo mai parlare dei doveri di questo o quell' uomo, o di quel che in queste o quelle circostanze esterne incombono, se di criterio esclusivo servir ci dovesse l'Idealismo; nel senso comune; esclusi i principj, escluse le impressioni, noi non sapiamo vedere che un vano fantasma, che una copia senza originale. Nella sola armonia dei tre criterj, nella sola unione dei fatti e delle idee, può per noi aversi un' Etica ai bisogni relativa dell' uman genere.

Num.° 3.°

E come essa Diceologia definita per noi abbiasi a studiare.

A.) Questo studio poi con l'ordine seguente studieremo di farlo alla meglio che sarà per noi possibile.

Vedremo in primo luogo quali cose sieno ricercate, et indispensabilmente volute dalla natura dei fini e delle forze dell' uomo; indipendentemente dall' ogni umana deliberazione, ossia senza il minimo concorso di atti umani.

Vedremo in secondo luogo quali cose siano ricercate, et indispensabilmente volute dalla libera volontà dell' uomo, perchè egli aver possa i requisiti dalla natura dei fini e delle forze ricercati.

Vedremo in terzo luogo cosa convenga fare perchè l'uomo sia in grado di operare regolarmente.

B.) Che è quanto dire: 1.° parleremo delle Leggi, o Bisogni, ossia Cose necessarie, perchè sia possibile la perfezion dell' uomo.

Secondo parleremo delle Maniere con cui l'uomo medesimo deve adempiere a esse Leggi o Bisogni, ossia le cose necessarie verificare.

Parleremo in terzo luogo della Maniera di far conoscere e volere esse Leggi medesime.

a) Bisogni da Natura ricercati. b) Condizioni dei bisogni ossia voluto. c) Voleri conseguenti.

(C.) In conseguenza di che in tre capi verremo noi progressivamente tutto a tracciare l'importante edifizio della Scienza della Morale.

Nel primo Capo diremo delle cose da farsi; nel secondo Capo del Modo di farle; nel terzo del Come farle fare.

Onde si vede, che noi alla natura delle cose appoggiati deriveremo i Principj della Scienza Morale, le Regole di perfezione, e quelle infine di Governo.

a) Leggi Sovrane: che mirano natura e governo per la perfezione dell'uomo
b) Leggi Pratiche: che mirano a fare adempire queste leggi, e mondo
c) Modo di adempierle: che l'uomo debba fare onde che leggi adempisca.

Caput Primum.

De iis, quæ esse debent, ut locus sit Humanæ Perfectioni.

Articulus I.
De Necessitate Operandi.

Num. I.
Necessarium est, quod homo operetur.

Hucusque quantum nostri instituti ratio exigebat, de Mundo, de Homine, et de Deo disputavimus, atque perspeximus creaturas non propter seipsas, sed propter Deum fuisse factas non propter aliquam, quam inde acquirere posset Deus, utilitatem; sed ut eædem boni fiant participes. Atque hac de causa hominem diximus hac super terra peregrinari ac veluti esse in via ad suos fines, nec viribus destitutum eum cognovimus, sed insignitum, inter quas ejus præsertim notavimus libertatem.

Nunc autem hoc in Articulo videndum est nobis sint nec ne aliquæ operationes hac de causa homini necessariæ.

Atque in primis dicimus, ut locus sit humanæ perfectioni necessarium esse quod homo operetur.

Causa vero cur hoc affirmamus est relatio, quam status hominis habet cum Deo Op. Max., qui illum creavit. Homo enim plures habet fines ad quos vel invitus natura sua inclinat; et plures habet vires

quarum exercitio ad fines ipsos ibi comparandos niti potest. Vel igitur in frustra hujusmodi viribus fuit ipse Divinitus donatus, vel ut iisdem ad seipsum pro posse perficiendum operaretur dicendus est Divinitus factus. Deum dicere inutiliter operatum, absurdum omnino est: restat igitur ut concludamus, sic hominem a Deo esse creatum ut necessarium sit illi quod operetur.

Quod pariter si experientiam consulere velimus, iterum concludamus oportet. Quid igitur ex experientia nobis constat? Hac duce et magistra notum est omnibus, eatenus homines subsistere, ac gaudio affici, quatenus ab hominibus hic vel illic usus fit earum, quibus gaudent, potentiarum. Dum e contra illis in locis, ubi ignavia, ubi otium regnat, vectigalia sunt rara, subsistentia est difficilis, ac gaudia exulant.

Sive igitur ratio consulatur, sive experientia, hoc unum concludendum quod necessarium sit homini semper, ut operetur

Hinc Plato in suo libro de Reipub. tradebat: = Pestis est mortalibus ignavia =; Cicero vero fortius adhuc scripsit illis verbis: = Mihi enim, qui nihil agit, esse omnino non videtur = (Lib. 2. de Nat. Deor.). Quod D. Laurentius Justiniani sequenti similitudine admodum rite illustrabat: = Sicut aqua sine decursu, quaeque jacet in foveis, putrescit, ita et corpus otii labe confectum =

Cum igitur necessitas operandi evidens sit nobis, cum Job concludimus = Homo nascitur ad laborem ut avis ad volatum = (Job. 5. 7.).

Num. 2.

Necessarium est quod Homo obediat Deo.

Dicimus secundo necessarium esse homini ut Deo Op. Max. obediat, quod sequenti demonstramus argumento.

Omnia ea quae fines habent non sunt indeterminata, incircumscripta, et circumquaque libera; sed e contra terminos habent, quibus sunt circumscripta et ligata, quibusque respondere debent, atque inservire. Quod utique dicendum est de homine quem Deus O. M. propter semetipsum operatus est; atque ita ut in nullis rebus creatis seipsum explere potest idem homo, sed in ipso Deo dumtaxat suam possit invenire requiem. Igitur ipsi Deo inserviat homo oportet atque obediat. Quod quidem Dominus N. Jesus Chr. illis verbis confirmabat: = Quid vocatis me, Domine, Domine, et non facitis, quae dico? = (Luc. 6.), servorum enim est obedire Dominis suis, quibus sunt ligati.

Quinimmo cum Deus O. M. sit causa finalis rerum omnium, sit finis finium et Dominus dominantium, in omnibus operibus suis Deo ipsi obediat homo oportet, ita ut hujusmodi obedientia primum obtineat locum in omnibus operibus suis.

Merito proinde a D. Augustino fuit traditum: = Obedientia omnium virtutum mater et custos = (De Civ. Dei); atque a D. Gregorio: = Obedientia sola virtus est, quæ menti cæteras virtutes inserit, insertasque custodit = (Lib. 3. Mor.). Atque proinde **amor sui** quem habet ille, qui propter semetipsum, et propter suam voluntatem faciendam, minime autem propter Deum ejusque voluntatem operatur, utpote talis qui præcipue virtuti adversatur, merito a Christianis habetur velut radix omnium vitiorum; qui amor sui a quibusdam appellatur Egoitas.

Non tantum igitur oportet, ut homo operetur ut locus sit sui perfectioni; sed necessarium est quoque ut in omnibus operibus suis obediat Deo, qui illum fecit, et cujus voluntas est hominis sanctificatio

Numer. 3.
Necessarium est insuper quod Deus ipse in homine operetur.

Tandem homo nec operari, nec Deo parere potest, nisi opes Divinitus adjutus. Atque hoc multiplici affirmamus de causa.

Et causa prima hæc est, quod quivis creatura eatenus perdurat, quatenus Dei providentia conservatur, proindeque homines in tantum aliquid efficiunt, atque causant, in quantum participant aliquo modo de ea Causa, quæ talis est per essentiam.

Causa secunda, cur dicimus hominem Divino indigere auxilio hæc est, quod sit ipse propter finem supernaturalem creatus; nam ut tradebat Aquinas: = Res inferioris naturæ in id quod est proprium superioris naturæ non potest perduci nisi virtute illius naturæ = (Cont. Gent. lib. 3. c. 140.).

Alia denique causa, cur Deus ipse operetur necesse est, ut locus sit humanæ perfectioni, est humana corruptio, est humana infirmitas, ac originale peccatum, quo ab ipso conceptionis momento omnis homo est immundus. = Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine = (Job), nisi solus Deus, qui potestatem habet essentialem dimittendi

peccata? Quis enim præter Deum potest hominem elapsum sublevare, ejusdem infirmitates tollere, eumque capacem reddere virtutes exercendi?

Qua de causa ii jure ac merito Christus Dom. ajebat: = Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum = (Joan. 6.44.): vel ipse Regius Propheta admodum rite his verbis Dominum suum deprecabatur: = Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea = (Psal. 16).

Ut igitur locus sit humanæ perfectioni, oportet ut homo Divinitus adjutus Deo deserviat operibus suis.

Articulus II
De Necessitate Instructionis ad operandum.

Num. 1.
Homo ut operetur, ac obediat cognoscat oportet.

Nec aliquo modo quod homo aut operetur, aut Deo obediat expectari potest, stantibus naturæ legibus, quando aliqua alia non præmittantur.

Ut enim tradebamus in Teleologia: = Voluntas est media inter rationem et concupiscibilem, et movetur ab utraque = (S. Tho. 2.2. q. 155. art. 3). Nec ratione ipsa hominis voluntas movetur, nisi ignorantiæ tenebris sublatis. Voluntas enim ad hoc vel ad illud particulariter se non determinat, in hoc vel illud libere non intendit nisi postquam illud idem cognoverit. Hoc experientia quotidiana constat.

Hinc factum est ut merito illud proverbium sit cautum: = Nil volitum quin præcognitum =: vel ut alii dicunt = Ignoti nulla cupido =. Atque hac de causa a D. Thoma scientia dicebatur: = Machina quædam ex qua structura charitatis exsurgit = (P. 1 - 8. 1.) atque a [illegible] laudato [illegible] Auctore cognitio habetur = Quale elemento della perfezione =

Igitur homo ut operationibus suis Deo obedire possit requiritur ut cognoscat.

Num. 2.

Homo ut recte cognoscat, instruatur oportet.

Sed si certum est, quod = Cognitio est causa amoris = (S. Tho. 1. 2. q. 22. art. 2.); sed si = Vis cognoscitiva movet appetitivam repraesentando ei suum objectum = (ib. 1. 2. quaest. 14. a. 2.): certum est quoque, quod nulla cognitio haberi potest sine aliqua instructione.

Enimvero ubique locorum et gentium fuit semper et est in more positum, quod a majoribus quoad res ad perfectionem necessarias juvenes edoceantur atque = Apud nos veritatis argumentum est aliquid omnibus videri = (Senec. Ep. 17.) Nam = si tales nos natura genuisset, ut eadem optima duce, cursum vitae conficere possemus haud erat sane quod quisquam doctrinam acquireret = (Tuscul. quaest. lib 3.), ut recte M. T. Cicero animadvertebat

Quod insuper hoc alio modo luculenter demonstratur ex sequentibus Auctoris laudatissimi verbis: = Ciò il dimostrano i bambini perduti, e trovati poi uomini adulti senza linguaggio, carzoni nelle foreste; i quali nessuno il minimo indizio diedero mai nè d'avere nella loro mente delle astrazioni concepite, nè d'essere d'una sola linea sollevati sopra gli oggetti materiali e individuali, ai quali giungono anche i bruti coi sensi = (Rosmini. Saggio sull' orig. delle idee. vol. 2. capo 4. ar. 4. § 7.)

Est utique verum, unumquemque nostrum lumine mentis donatum enasci: ast ministerio verbi evenit ut rerum spiritualium cognitionem acquiramus. Hinc ipse Seneca: = Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quae admonitione excitantur, non aliter quam scintilla flatu levi adjuta ignem suum explicat = (Ep. 94.).

Digne sunt proinde quae recenseantur duae sequentes sententiae. = La parola, ait De Bonald, è la luce, che illumina ogni uomo che viene in questo mondo, e che splende nel luogo oscuro della nostra intelligenza per farci vedere i nostri doveri, come la luce fisica penetrando nel luogo oscuro mi fa vedere il proprio corpo = (Legisl. prim. vol. 1 cap. 1. pag. 44.). = Lo spirito umano, ajebat Rousseau, non cammina che coll'ajuto della parola =

Ut igitur homo recte cognoscat, instruatur necesse est.

S. Paulus
— Capax [illegible]
Carne [illegible] —
Breviar. P. 173.

Num. 3

Recta Instructio Hominis a Deo incipiat oportet.

Veruntamen si homo, operari ac expedire possit cognoscat et instruatur oportet, ipsa hominis instructio, sive institutio necesse est, ut primam habeat originem a Deo O. M. Nam quidquid invenitur in causis contingentibus non est nisi per participationem, non est nisi a Deo derivatum. Unde S. Chrysostomus dicit: = Quod sicut unus est Deus per naturam, multi per participationem, sic etiam unus Magister est naturaliter, multi ministerialiter = (Ap. D. Tho. in cap. 23. Mat. n. 1.)

Quod si, ut cum Aristotile loquamur, = Doctrina naturaliter procedit de homine ad hominem secundum operationes, quas habet doctor ad discipulum = (Politi. 1.) quod si nempe experientia quotidiana homo videatur esse aliis hominibus magister; cum hujusmodi doctorum impossibilis sit catena retrograda infinite, semper ad Deum ut primum hominis Magistrum deveniamus oportet. Quod eo magis dicendum est nobis ideo quia homo ad alios homines instruendos utatur necesse est signis non arbitrariis, sed praecognitis a Deo proinde primitus acceptis.

Consona igitur ipsi rationi sunt quae sequuntur D. Jacobi verba: = Nolite itaque, ajebat, errare fratres mei dilectissimi: omne datum optimum, et omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturae ejus = (Jac. 1. 16.). Et merito ipse Augustinus sic Dominum Deum est allocutus, utpote qui solus est naturalis primus hominis magister, ac instructor: = Non est quisquam praeter te, Dne, alius doctor veri, ubicumque et undecumque claruerit = (Confess. lib. 5. c. 6.)

Constat igitur quod, ut sit locus humanae perfectioni, non dum necessitas est operandi verum etiam instruendi

Articulus III.

De Necessitate Mortificationis ad operandum juxta instructionem.

Num. 1.

Homo, ut recte operetur, sit Mortificatus oportet.

Nec sola ignorantia hominem impedit, ne operetur; hoc ipsum concupiscentia ejus facit. Ut enim D. August. tradebat: = Ignorantia et infirmitas vitia sunt, quæ impediunt voluntatem, ne moveatur ad faciendum opus bonum = (De peccator. merit. et remis.).

Concupiscentia enim, ut fusius de Religione pertractantes diximus, est appetitus hominis corruptus, cujus causa fit, ut ipse magis ad otium, quam ad laborem, magis ad seipsum quam ad Deum sit proclivis: hinc ejusdem concupiscentiæ blanditiis illectus homo in miseriam elabitur, aut bonis fluxis deceptus continuis illusionibus afficitur, atque miseriis. Unde admodum recte hanc protulit sententiam Cato Major: = Impedit consilium voluptas, rationi inimica ac mentis, ut ita dicam, perstringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium = (Ap. Cicer.).

Cum igitur Concupiscentia sit = Inimica virtutibus = (D. Aug.) cum carnalia desideria = Militent adversus animam = (1. Pet. 2.11.), evidens est, Concupiscentiam coercendam esse cum omnibus desideriis suis ut locus esse possit humanæ perfectioni. Quod magis adhuc confirmatur ex eo, quod sequentibus verbis Odoardus Young tradebat: = La ragione scema di forze in proporzione che si va dilatando l'impero de' sensi = (Del piacere).

Satis proinde minime esset ignorantiam tollere per cognitionem, nisi homo liberaretur a pravis concupiscentiæ motibus per mortificationem.

Hinc sunt totidem axiomata viro docto duæ sequentes sententiæ, quæ in Divinis habentur Litteris. = Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere. Si præstas animæ tuæ concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis = (Eccli. 18.). = Qui amat a:

nimam suam perdet eam, et qui odit animam suam in hoc Mundo in vitam ęternam custodit eam = (Joan. 12.)

Ut igitur recte operetur homo sit Mortificatus oportet.

Numer. 2.

Homo ut recte mortificetur vi coactiva adhibeatur oportet.

Inutiliter autem quis speraret fore ut homo seipsum mortificaret solo veritatis lumine adjutus; inutiliter omnino concupiscentię repressio, ac mortificatio in hominum familia desideraretur, si earumdem ignorantia duntaxat tolleretur.

Sed quemadmodum ad habendas necessarias cognitiones contra ignorantiam requiritur Instructio, sic ad habendam necessariam mortificationem contra pravos concupiscentię motus, quędam requiritur vis, quę ejusdem valeat reprimere motus, atque cohibere; vis proinde, ut communi loquamur modo, coactiva, sive coercitiva. Quę vis veluti quoddam instrumentum homini adjungatur, eumque sic afficiat, et excitet, ut quę recta sunt velit operari.

Cujus rei necessitas vel ipsa omnium temporum ac locorum historia quam luculentissime comprobatur. Semper enim, et ubique locorum invenimus homines qui vel privatim vel publice incumbunt ex industria ad alios homines in officio continendos. Huic intendunt fini carceres et verbera, milites et arma, judices et sententię, minę et supplicia. Quod utique nusquam universim inveniremus factum, si in natura ipsa rerum coactionis necessitas, de qua agimus, non esset fundata. Quod utique universale minime esset, nisi rationi esset consentaneum: subscribimus enim Senecę dicenti = Apud nos veritatis argumentum est aliquid omnibus videri = (ep. [illegible]).

Et revera non datur humanę perfectioni locus, nisi homo operetur, ac in ipsa sua operatione Deo O. M. pareat. At argumenta, quibus hujusmodi operationis, atque obedientię necessitas innititur non cadunt sub sensibus sed spiritum tantummodo afficiunt: cum contra homines in prima ętate res nonnisi per sensus acquirunt, atque sero simplicia excogitant. Talis enim est ordo quo vires hominis generantur. Quocirca Tullius ajebat: = Virtutis enim beatęque vitę; quę duo maxime expetenda sunt serius

apparent multo etiam serius, ut plane qualia sint, intelliguntur = (De Jui. lib. 5. cap. 21.).

Cum igitur vix prima aetate homines percipere non valeant caussas operandi, atque obediendi, vel otio atque cupiditati operam dabunt, vel ad operandum et obediendum cogantur oportet. Hinc Rousseavius sic irridebat contrariae sententiae fautores: = La ragione si è quella facoltà dell'uomo, che più tardi si disviluppa; e di essa vorrem servirci per isviluppare le prime facoltà? Egli saria questo un incominciar dalla fine, un voler fare del capo d'opera un istrumento = (Emil. lib. 3.).

Postea vero homines ipsi ad adultam aetatem pervenientes non raro inter se dissentiunt, dissentiendo agitantur ad pugnam usque, et judicio judicis tantummodo supervenienti eorum determinantur caussae, litesque finiuntur.

Merito proinde scribebat Tacitus: = Neque quies gentium sine armis = (Lib. 4. Histor. n. 74.). Et melius adhuc Rousseavius ipse hanc veritatem illis edocuit verbis: = Non vi è che la forza dello stato, che faccia la libertà de' suoi membri = .

Ut igitur prava refraenetur concupiscentia, et necessaria habeatur mortificatio, vis coactiva sive coercitiva habeatur necesse est.

Numer. 3.
Nec aliunde quam a Deo jus cohibendi originem habere potest.

Verumtamen cum in homine, qui perfici debet, requiratur mortificatio, cumque ad hanc habendam mortificationem in hominibus necessaria sit Vis coactiva, sive coercitiva, videndum est nobis hic et nunc in quo Jus sit hanc ipsam vim exercendi, sive a qua pendeat voluntate, undenam scilicet cohibendi potestas dicenda sit oriri.

Il generale Lafayette nella seduta della Camera de' Deputati del giorno 28. Gen. dell'anno 1831. in Parigi, avanzava francamente dalla tribuna = In Europa esistono due principj; dall'una parte il diritto divino dei rè; dall'altra il diritto sovrano dei popoli... dall'una parte arbitrio e privilegi; dall'altra libertà ed uguaglianza... a noi appartiene difendere e rivendicare il diritto della sovranità nazionale.

a cui sta essenzialmente attaccata la nostra esistenza = (Dal foglio di Francfort 9. Feb. 1831.). Quod idem est ac diceretur, in quæstione a nobis proposita duas haberi sententias, quarum una Deo, altera homini Jus tribuit cohibendi. Unde præclarus vir De Bonald ajebat: = Sovranità di Dio, sovranità dell'uomo, opinioni celebri, l'una esclusiva dell'altra... questa colloca il poter supremo negli uomini in società fuori degli uomini che deve contenere, come quel celebre matematico che per alzar la terra domandava un punto d'appoggio fuori della terra stessa: questa colloca il poter supremo sopra gli uomini negli uomini stessi, che deve frenare, pretendendo che l'argine salti fuori dal torrente = (Legisl. primit. to. 3. cap. 2.).

Quibus sic stantibus, quænam erit sententia nostra? Deo O. M. tribuimus nos Jus cohibendi motusque concupiscentiæ effrenis comprimendi an homini? Alterutri ex his sententiis nomen demus oportet.

Dicamus igitur Deum tantummodo jus habere cohibendi nec aliud proinde esse reges, principes, ac judices quam totidem Dei Ministros. Quod ex eo primum derivamus, quod Deus solus huic humanæ necessitati satisfacere valeat quæ cum constans sit adimpleri nequit ab homine semper variabili. Unde D. Aquinas ajebat: = Omne enim quod de se est variabile ad hoc ut figatur in uno, indiget auxilio alicujus immobilis = (Cont. G. lib. 3. cap. 155.). Probamus secundo ex eo quod quidquid = Movetur, ab aliquo movetur et in moventibus et motis oportet venire ad aliquod primum movens immobile, quod est Deus sicut causa prima = (De Regim. Princ. lib. 3 cap. 2.). Quod tandem ex eo confirmamus, quod solus Deus hominem creaverit; ac proinde præter ipsum solum, nullus alius sit naturalis hominum dominator et judex, ut illis continetur Augustini verbis = Solus Deus tibi, o homo, naturaliter dominatur, et fecit alia bona, quibus tu naturaliter dominareris = (Cont. Epist. fund. cap. 36.).

Unde veritas apparet sequentium sententiarum, quæ in divinis libris leguntur: = Per me reges regnant =: = Omnis potestas a Deo =: = Princeps minister est Dei =: Nec immerito dicebat Rousseau = Gli uomini non ebbero da principio altri re, che gli Dei, nè altro governo che il teocratico = (Contr. soc.).

Qui hominibus jus cohibendi tribuit naturale, creaturam æquat a Creatore, qui solus Jus habet in eamdem, ut illam subjiciat homini cui nullum est Jus in sibi simile. Merito proinde laudatus vir De Bo:

nald hanc sententiam vocat = Un dogma ateistico = ; et Ab. Rosmini: = = Una tirannide = cum dicat: = La sola servitù a Dio è quella che può sottrar l'uomo dalla servitù dell'uomo = . Nam, ut ajebat De La Luzerne: = La legge deve essere portata dal superiore che ha diritto di reggere; da eguale ad eguale non vi può esser luogo a precetti; non si possono dare che consigli = (Dissertaz. sopra la Leg. natural. cap. 1.).

Gran che! l'uomo si è creduto vor essere indipendente ... Incapace di produrre un insetto, o un filo di muschio, immaginossi autore immediato della Sovranità; oggetto il più importante, il più sacro ed il più fondamentale del Mondo Morale e politico: suppone che una tal famiglia regnava, perchè un tal popolo l'avea voluto = (De Maistre Saggio sul princip. generat. delle costituz. polit. n. 4°). Sed non est potestas nisi a Deo (Rom. 13. 2.). = La origine della Sovranità deve sempre trovarsi fuori della sfera dell'uman potere; a segno tale che gli uomini stessi, i quali sembrano ingerirsene direttamente, nondimeno non siano che circostanze = (id. ibid.).

Concludimus igitur, quod si ad tollendam ignorantiam, et ad habendam instructionem Deo revelante opus fuit; ad refrenandam pariter concupiscentiam, atque ad exercendam Vim Coactivam, Deo ipso opus est: ipse enim est revera naturalis hominum magister, atque salvator.

Primi Capitis
Conclusio

Corollarium Primum.

Cognitis igitur creaturarum finibus hominisque viribus, ut locus sit humanæ perfectioni, manifestum est nobis necessarium omnino esse quod homines Divinitus adjuti in obsequium gerentur sui Factoris.

Hæc est prima et fundamentalis necessitas in rerum natura fundata, sive prima perfectionis lex.

Corollarium Secundum.

Cognitis insuper congenitis humanæ mentis erroribus, ac cordis humani passionibus manifestum est nobis etiam necessarium omnino esse ut locus sit satisfaciendæ prædictæ legi fundamentali, quod per Deum revelantem ignorantia tollatur hominis instructionibus, ac per Deum ipsum iubentem concupiscentia e:

ejusdem refrenatæ coactionibus.

Hæc duo autem cum inserviant primæ legi adimplendæ; nonnisi secundi ordinis necessitates sunt.

Corollarium Tertium.

Cum tandem ad Instructionem, et Notificationem habendam quis sit hominibus immediate, vel mediate divinitus edoctus et missus, manifestum pariter fit nobis, homines ejusmodi habendos esse, ut D. Paulus tradebat, ut totidem Dei ministros.

Hinc hoc idem judicium, cum causa sit obsequii; ac proinde vera occasio virtutis tum instructionis, tum coactionis; velut tertia quædam necessitas sive lex habeatur necesse est.

Caput Secundum.

De iis, quæ esse debent in potestatibus, sive in Dei Ministris.

Articulus I.

De Ministrorum Muneribus.

Num. 1.

In quo tota Ministerii summa consistat.

Perspectum igitur habemus, quæ a rerum natura requiruntur, ut locus sit hominum perfectioni: cum in tantum rebus ipsis necessariis abstineant homines, in quantum fuerint prius electi et mortificati, in quantum processerit instructio et coactio, in quantum nempe Ministerium spirituale, et seculare fuerit prius operatum: antequam dicamus de hominis officiis res ipsa expostulat, ut de ejusdem Ministerii operationibus disputemus.

Cum igitur, ut D. Aquinas tradit = Cuicumque incumbit aliquid perficere, quod sit in aliud ordinatum sicut in finem, hic debet attendere, ut suum opus congruum sit fini: sicut faber facit gladium, ut pugnæ conveniat, et ædificator sic domum debet componere, ut ad habitandum sit apta = (De Regim. Princ. lib. 1. c. 15.): manifestum est ad omnia Ministrorum munera cognoscenda necessarium esse nobis ea cognoscere, in quibus veluti in radice eorum munera fundantur.

In his porro tribus rebus sive operationibus totam dicimus consistere Ministerii summam. Homines, ut superius demonstratum est, Dei auxilio indigent, sive ad sua tollenda peccata, sive ad sanitatem recuperandam. Opus igitur Ministerii erit hujusmodi cælestium charismatum custodia. Quod pariter dicendum est de Veritatibus Divinitus revelatis. Hoc in sensu D. Paulus Timotheo suo dicebat: = Bonum depositum custodi = (2. Tim. 1. 14) Sed = Thesaurus invisus et sapientia recondita nullius erunt utilitatis =.

opus igitur Ministerii est etiam deposito suo uti ad sanandos ac illuminandos homines. Sunt insuper homines ad malum, potius quam ad bonum proclives. Ministerii igitur insuper opus erit proaces retundere, tardos excitare, ac perversos reprimere.

Quod idem est, ac si diceamus = Totam Ministerii summam consistere in remediis veritatibusque divinitus exhibitis custodiendis, in eisdem necessitatibus hominum accommodandis, atque in perversis refrenandis.

Numer. 2.

An una eademque persona duplici hoc Ministerio fungi possit

Ut huic quaestioni satisfaciamus, distinguendum est inter numerum et numerum eorum qui illuminandi sunt, atque mortificandi.

Dicimus igitur, quod si pauci sint, qui instructione indigeant atque coactione, duplex Ministerium de quo supra disputavimus omnino posse ab una eademque persona exerceri. Quod ipsa Patriarcharum historia luculenter confirmat; tunc enim temporis idem Paterfamilias sacerdos erat, et rex quod suos de cetero corrigere et coercere. Cum non sint sibi contraria neque se invicem excludant, eodem in subjecto invenire possunt.

Si vero multi fuerint homines, quorum ignorantia sit tollenda passionesque reprimendae, tunc plures sint oportet personae, quarum aliae dirigant instructione, aliae vero in officio contineant coactione. Cujus rei ratio per se patet: unum enim tantummodo et non omnia propter suam limitationem eodem tempore, eisdemque circumstantiis agere potest homo

Unde ignorantia eorum fit manifesta qui Pontificem Romanum licet tot Ministris adjutum, eodem tempore Summum Sacerdotem ac Regem minime esse posse affirmabant, quasi duplex illa potestas in eodem subjecto consistere non posset.

Numer. 3.

Utrum aliquis ordo habeatur in utriusque potestatis Ministris-

Cum autem ingens sit multitudo eorum, qui tum instructione, tum coactione indigent, cumque proinde complures esse debeant potestatis tum spiritualis, tum secularis Ministri, factum est, ut inter eruditos homines enata sit quęstio utrum aliquis ordo esse debeat, ac aliqua limitatio inter eosdem Ministros.

Qua in re cum nostris temporibus hominem tantisper doctum ignorantia omnino dedeceret, nos ipsi dicemus quid sentiendum arbitremur.

Dicimus itaque ordinem dependentię ac excellentię prędictis Ministris necessario inesse. Utriusque enim potestatis Ministri a Deo O. M. dependeant oportet; tum quia omnis potestas est a Deo, tum quia inservire debent Dei ipsius voluntati quę vult omnes homines per rectam operationem perfici. Pręterea sola Dei potestas nullam habet dependentiam ac limitationem. Quocirca illis concivibus suis, qui a Summo Sacerdote ęgre audiebant potestatem civilem dici dependentem, merito dicebat De La Mennais: = Nessuna sovranità è illimitata in tutta la forza del termine; anzi neppure può esserlo, sempre e dovunque ella dev' essere ristretta in qualche maniera = (Della Rel. consid. nelle sue relaz. coll'ord. polit. e civ.)

Dependent secundo loco aliquo in sensu Ministri potestatis secularis ab illis qui spiritualem exercent potestatem. Cujus rei ratio hęc est, quod cum officium Sacerdotii sit instruere, Principatus officium est corrigere. Quod idem sonat ac si diceretur, potestatem secularem ordinatam esse ad compellendos homines ut se velint conformare juxta instructionem prius factam: ex natura sua proinde Ministro secularis potestatis inserviendum studio, ac desiderio Ministrorum potestatis spiritualis. Hinc D. Aquinas tradebat. = Rex subdi debet dominio et regimini, quod administratur per Sacerdotii officium = (De Reg. Princ. lib. 1. cap. 15.) Quam veritatem sic D. ille illustrabat: = Semper enim ille ad quem pertinet finis invenitur imperare operantibus ea quę ad finem ordinantur, sicut gubernator ad quem pertinet navigationem disponere, imperat ei qui na:

vem construit, qualem navem navigationi aptam facere debet – (id. ib. c. iii).
Qua de causa idem De La Mennais asserere non est veritus de potestate temporali: = Ella è il potere incaricato di sorvegliare alla esecuzione della Legge Divina = (ib. 2. parte c. 6.)

Excellentiam tandem habent, ordinatam vero: eatenus enim eminent, quatenus a Deo habuerunt, quatenus Ministri Dei sunt. Unde forsan Demostenem dixisse = Princeps est imago Dei cuncta administrantis = (apud Stobeum). Plato vero quemcumque Magistratum esse dicebat: = Magni bovis incrementum = Sed neququam par est illis excellentia: tanto enim sublimior est dignitas, quanto universalius bonum respiciat quanto plus extensionis habeat. Hinc praestare omnino dicendi sunt prae secularibus spirituales Ministri, utpote quia officio suo omnes homines comprehendunt, cum Ministri seculares tantummodo malevolos. Nam = Principes sunt instituti ut qui amore virtutis non provocantur ad evitandum malum et faciendum bonum, ad haec cogantur timore poenae = (D. Tho. 4. dist. 40. a. 2. o.).

Quod paucis sic repetere iuvabit. Ordo igitur duplex habetur tum dependentiae, tum excellentiae in utriusque potestatis Ministris.

Primo ordine dependentiae singuli Ministri a Deo dependent secundo vero neququam spiritualis potestas a seculari dependet, sed viceversa. Atque primo ordine excellentiae omnes ac singuli ministri, utpote totidem Dei imagines caeteris praestant hominibus; secundo ordine vero sublimioris dignitatis sunt Sacerdotes, quam Principes; quin immo eatenus hoc in sensu eminent, quatenus curis inserviunt Sacerdotii:

Quibus praemissis abs re non erit cum Summus Pontifex sit Romanorum Rex, ac totius Catholicae Ecclesiae caput superius laudatum De La Mennais de ipso dicentem audire: = Il Papa, inquit, nella sua qualità di Principe temporale è senza dubbio, come tutti gli altri straniero fuori de' suoi stati; ma come Sovrano Pontefice non è straniero in alcuna parte della Cattolica Chiesa più di quello, che il rè di Francia non sia a Lione, ed a Bordeaux = (id. ib.). Nec illum, positis ac perpensis praemissis aliquo modo condemnare possumus aliquem dicentem: = No: l'autorità civile non ha il diritto di fissare ai Vescovi ciò che hanno a prescrivere, per lo insegnamento de' lor seminarii. No: all'autorità civile non è stato detto = Docete omnes gentes: No: l'autorità civile non è il fondamento nè la regola della fede. Sint igitur sua . . .

Articulus II.[us]
De ratione Ministrandi.

Num. 1.
Con che spirito devono i Ministri operare.

Abbiamo di sopra considerati gli atti de' Ministri in se stessi; veniamo ora a considerarli in rapporto ai Ministri medesimi, onde rilevare il modo di farli. Anzi prima di tutto vediamo con che spirito i Ministri abbiano ad operare, ossia con che disposizione di cuore: imperciocchè la virtù non consiste nella cognizione diretta, ma nella riflessa, essendo quella necessaria, questa volontaria; non bastando il conoscere le Leggi quali sieno, ma dovendovisi ancora assentire alle medesime.

Diciamo dunque che i Ministri debbono riguardarsi nel loro posto non in virtù de' lor meriti, ma per Divin beneplacito, non per sè, non da padroni ma per Iddio, da servi: e dice bene il Sacro testo: = Per me reges regnant = (Prov. 8 15) Con questo giudizio, con questa opinione di se stessi operar debbono.

E come servi di Dio operar devono con intendimento ultimo di glorificar Dio e al bene universale cooperare de' lor subalterni da questo fine obbiettivo e formale eccitati, e mossi devono essi operare = Ultimus finis dicitur dupliciter, scilicet ultimus simpliciter, idest Deus et ultimus in genere operationum, idest beatitudo = (D. Tho 2. 2. q. 19. 1 a. 1). E così oper devono animati i Ministri di tutte e due le Gerarchie = In omnibus agentibus, et moventibus ordinatis oportet, quod finis primi Agentis et Motoris sit ultimus finis omnium; sicut finis ducis exercitus est finis omnium sub se militantium = (Cont. Gent. lib. 3. cap. 25. n. 7.) come insegnava l'Angelico

Nè con ogni maniera d'istruzione e coazione ritener devono essi Ministri di poter rispondere alla sublime lor destinazione: ma nello istruire aver debbono di mira di torre affatto l'ignoranza delle cose necessarie a sapersi e nel mortificare aver devono di mira di dare una buona piega alle inclinazioni dell'uomo — L'essenziale si è,

come dice il P. De Segur, il dare all'anima una buona piega, e il fare in modo, che il male sia per essa un accidente, e il bene un'abitudine = (Gallo morale polit. Dell'abitudine). = I popoli moderni si occupano molto della istruzione che apre lo spirito, e troppo poco dell'educazione che forma il carattere; gli antichi pensavano più di noi, e in tal guisa che ogni popolo aveva il suo carattere nazionale, cosa che a noi manca: noi affidiamo il nostro spirito alle scuole, e il nostro carattere alla ventura = (id. ibid.). Dopo di che conchiude esso scrittore: = Lo spirito non fa che indicar la strada, è il carattere che la fa seguire; le passioni sono tiranni, per resistere loro, la volontà non è niente senza la fermezza = (id. ibid. to. 2. l'infanzia.). E tanto più aver devono questo in mira i Ministri della Coazione, quanto che è più la volontà inclinata al male, di quello che l'intelletto all'errore (ibid.)

Ecco le disposizioni, ecco lo spirito di che devono essere animati i Ministri di ambedue le podestà.

Numer 2 –
Di che Mezzi abbiano essi a servirsi i Ministri.

E neppure di qualsiensi mezzi usar devono i Ministri affine d'istruire e correggere

Ma per riconciliare l'uomo peccatore col suo Dio e sanarlo de' suoi mali usar conviene esclusivamente i Mezzi che la Divina Misericordia compiaciuta si è di manifestare: nei bisogni sopranaturali Dio deve attendersi, ogni sua disposizione all'uomo che riflette presentasi affatto rispettabile.

Per illuminare poi usar conviene parole visuali e auricolari, racconti e raziocinii, addottrinandosi l'uomo primieramente per la via de' sensi con l'ajuto della parola e del discorso.

Quando che per correggere o almeno per piegare in bene usar conviene esempj e parole, premj e gastighi. Dimandato Teofrasto = Quidnam Rempublicam conservaret? respondit praemium et poenam. (Stobeus ser. 5.). ed Aristotele insegnava: = Oportet bonos provocare ad virtutem per praemium, malos autem per poenam: insanabiles vero exterminare = (Ethic. lib. 10.).

Di questi Mezzi devono i Ministri servirsi per pungere i loro principali doveri, ossia per ottener d'istruire e correggere –

1844.

Num. 3.
E che regole abbiano da osservare nell'uso di essi Mezzi.

E neppure di questi mezzi medesimi ogni qualunque uso sarebbe espediente. A buon conto quanto vi fosse di soprannaturale sia nella sostanza, sia nel modo, dovrebbesi usare senza nè aggiungervi cosa alcuna, nè lasciarne minimamente. La distinzione che in simil genere di cose che hanno fatto i Protestanti, chiamandone alcune fondamentali ed altre non fondamentali ed inconcludenti, quantunque tanto le une che le altre riconoscessero di origine Divina, tale distinzione è un atto d'indipendenza contro l'Altissimo, è un giudicare Dio medesimo, è un'empietà esecrabile, maledettissima.

Per illuminare poi, conviene prima preparare l'animo di chi è da illuminarsi, perchè, come notava Salomone: = In malevolam animam non introibit sapientia =: secondo convien parlare ai medesimi di quel genere di parole di cui son capaci. Essendo dunque dapprima gli uomini imitatori, parlar loro con fatti, con esempli che son parole incarnate; essendo di poi gli uomini creduli e focosi, parlar loro in secondo luogo con racconti intorno ai novissimi, la di cui grandezza sola parla efficacemente negli animi loro appassionati; ed essendo per ultimo gli uomini ragionatori tranquilli, ragionar loro pacatamente ai comandi appoggiati dell'eterna Ragione, a cui per natura sentesi l'uomo inclinato ad obbedire. Che se l'uditorio da illuminare compongasi di tutte e tre queste classi di uomini, di tutti e tre que' modi di parlare conviene far uso.

Per aiutare finalmente alla mortificazione delle passione le seguenti regole convengono. Fan d'uopo in primo luogo esempli buoni ed elogi del ben fare privati e pubblici: imperciocchè: = Magis movent exempla, quam verba =; ed è una vera calamità pel costume, che in privato alcune cose si facciano, che in pubblico lungi dal farle si condannano, o viceversa. In secondo luogo minacciare gastighi, e promettere premj relativi all'importanza del male da fuggire i primi, e dei beni da fare i secondi; e non giovando questo venir al fatto con ogni scrupolosità. Siccome poi le buone, o cattive abitudini sono più facili ad acquistarsi nell'età prima, ed aquistate che si abbiano accompagnano fino alla morte; così piegare

nella fanciullezza l'uomo alla fatica, alla temperanza, alla obbedienza. = Non parum refert; sed permultum utrum sic an sic a pueris assuescamus, immo vero in eo positum est = Fin da suoi tempi insegnava Aristotile (lib. 2. Eth. cap. 1.); e questo perchè l'ozio si oppone all'acquisto dei mezzi per la sussistenza; perchè l'intemperanza è vera miniera di angustie e dispiaceri contrarj alla vera felicità; e perchè la disubbidienza mena all'orgoglio, il quale ribella la creatura al suo Creatore. E nel far prendere siffatte pieghe, poichè nell'età fanciullesca si è più famelici, e più affettuosi a' genitori, del digiuno servirsi, e dell'allontanamento degli oggetti amati per ottenere la necessaria piega: e poichè nell'età giovanile si è più portati ad amicarsi agli esterni ed a figurar tra medesimi servirsi dell'isolamento e del disonore per ricondurre al lavoro, alla sobrietà e subordinazione: e perchè nell'età senile si è più attaccati agli averi, ed alla vita, servirsi di molte multe pecuniarie e castighi personali.

E siccome dove più grande è il pericolo, più pronto e più grande esser deve il rimedio; così nel reprimere aver devesi per regola di più gastigare le colpe alle quali si è più proclivi; e di più prender di mira i giovani per le abitudini, i vecchi per l'esempio

Queste in breve sono le regole, secondo cui usare dei mezzi di sopra notati, e per ristaurare l'umana natura corrotta, e per illuminarla ignorante e per mortificarla appassionata.

Articulus III.
De Ministrorum Qualitatibus.

Num. 1.
Quæ qualitates sint utriusque potestatis Ministris propriæ.

Quibus præmissis, ob re non erit dicere quæ qualitates ad utriusque potestatis Ministris spectent.

Sequitur igitur ex dictis necessarium esse quod omnes ac singuli ministri sint bene morigerati, ac veluti totidem agendorum exemplaria; per exempla enim ignari edocentur, et tardi excitantur.

Sequitur secundo necessarium esse quod omnes ac singuli Ministri sint quoad viam perfectionis rite ac recte edocti: quod si deficeret in Sacerdotibus, illuminare non possent; si in Principibus corrigere non possent.

Sequitur tertio, quod omnes ac singuli Ministri sint prudentes: nam nec eodem modo illuminandus est quicumque nescit, neque corrigendus, neque in officio continendus quicumque est concupiscentia abstractus et illectus.

Numer 2.
Quæ Sacerdotes speciatim deceat.

Præter autem præmissa quæ speciali modo spirituales Ministros decet, hæc duo esse arbitramur.

Quoniam in malevolam animam non intrat sapientia, in Ministris potestatis spiritualis requiritur affabilitas, sive mansuetudo.

Quoniam insuper fides ex auditu ac verba sint veritatis vehiculum, in eisdem Dei Ministris requiritur secundo eloquentia.

Per mansuetudinem enim præparantur corda; per eloquentiam autem veritates veluti seruntur in cordibus ipsis.

Numer. 3.

Quæ Principibus peculiariter conveniant.

Natura igitur ita constituti sumus, ut vita, gaudio, et veritate indigeamus: quorum singula, si obtinere dubitemus, illico tristitia et dolore afficimur.

Sed, qui nos sic constituit est solus Deus, rerum omnium Creator, atque Gubernator. Igitur vel dicendum est dari tres hujusmodi fines, una cum viribus ad illos obtinendos necessariis, vel dicendum est Deum insipienter, et omnino deliter egisse. Absurdum secundum; necessarium ergo primum.

Experientia igitur teste, auctoritate confirmante, ac ratione concludenti manifestum est fines, et vires prorsus existere.

Articulus III.

Argumenta contraria resolvuntur.

—

Numerus Unicus.

A.) Errant qui hoc studium appellant superfluum

Alii tamen non absterriti sunt qui has nostras de virium finiumque existentia investigationes leves admodum, ac prorsus Philosopho inutiles esse arbitrantur.

Sed quid sibi mereantur homines isti, quidque dicendum sit de gravitate eorundem sententiæ, quæ communem experientiam, omniumque gentium adversatur auctoritati, ac rationis ipsius est inimica facile est videre.

De cætero, cum officium sit Philosophi perfectionis studium, ut alibi dictum est, cumque ut aliqua res perficiatur fines requirantur, quorum adeptione res eadem possit adimpleri, et requirantur vires ad fines eosdem obtinendos, ad evincendum cum adversariis unum ex his duobus esse deberet: vel nempe Philosophi officium denegandum, vel perfectionis conditiones oppugnandæ. Sed ad alterutrum denegandum, ut cum Voltairio loquamur: = Sembra che si abbia ad essere forsennato per negare =.

Denique si, ut D. Aquinas tradebat, omnis actus oportet quod proportionetur et objecto, et agenti (2. 1. quæs. 26. art. 4.); necesse est ut fieri possint opera proportionata, quod tum fines tum vires adhibendæ, dignoscantur. Prius enim cognoscitur quam operetur. Unde D. Augustinus ajebat: = Si vis fabricam construere, prius cogita de fundamento =.

Igitur nonnisi insipienter nullius momenti dici possunt investigationes de finium ac Virium existentia.

B) Errant qui minus certam hanc habent doctrinam.

Alii ex adverso cum harum investigationum gravitatem impetere nequeant, dicunt hanc doctrinam esse minus certam ex eo, quod si fines ac vires darentur, tam facile, ajunt, homines non deficerent.

Sed perperam ratiocinantur, eo quia tota illa deficiendi facilitas, quam nobis objiciunt non tantum finium, ac virium existentiam excludit, sed eam supponit, atque confirmat. In tantum enim deficiunt in quantum aliquas exercent vires quin ideo finem sibi propositum obtineant; nec eatenus deficiunt, quatenus fines dantur atque vires. Nec falli possunt homines dici, nisi quam prius fuerit præcognita veritas ab iisdem derelicta. Hinc enim dicebat Tertullianus: = In quantum enim falsum corruptio est veri, in tantum præcedat necesse est veritas falsum = (lib. 4. cont. Marcionem). Hinc Nicolaus Jamin merito scribebat = Il falso suppone il vero la favola suppone la storia, come modello, sopra cui è stata composta = (Pens. teolog. cap. 16. dei miracoli). Hinc merito Blasius ipse Pascal concludebat: = Non vi sono tanti falsi miracoli, se non perchè se ne trovano de' veri; nè tante false Religioni, che per motivo che ve n'è una verace = (Pens. cap. 27. n. 16.)

Defectus igitur hominum tam multi, et tam faciles conclusionem nostram non inficiunt, sed confirmant, ut fert illud proverbium: = Defectus confirmat regulam in contrarium =

C) Errant qui dicunt hanc doctrinam humanam, ac Divinam adversari naturæ.

Alii denique sunt, qui dicunt doctrinam de finium ac virium existentia conciliari non posse cum hominis libertate ac Dei ipsius infinitate

Dicunt enim: si sunt certi fines, si determinatæ sunt vires, ubi hominis libertas? si ex eo, quod Deus hominem constituerit necessitati subjectum, et fines eidem homini ac vires dedisse dicendus est, ubi Divina Majestas, quæ nullam patitur circumscriptionem?

Sed male admodum argumentantur. Nam etsi homo et fines certos, ac vires habeat determinatas, non est tamen libertatis expers. Non enim hominis libertas excludit terminos, cum quævis creatura aliquibus finibus sit necessario circumscripta, cum quælibet creatura sit limitata, sed liberum exercitium importat. Unde Aristoteles ajebat: = Voluntas est finis, electio autem eorum quæ sunt ad finem = (Lib. 3. Ethicor.): D. autem Aquinas = Liberum arbitrium est tantum eorum quæ sunt ad finem = (1. p. quæ. 19. art. 1.). Et Voltairius ipse scite animadvertebat: = I miei desiderj, e la volontà sono cose differentissime, poichè un uomo vuole e fa spesse volte quello che non desidera: combattere i suoi desiderj è il più bell'effetto della sua libertà; ed io credo, che una delle sorgenti dell'ignoranza degli uomini in questa materia venga da ciò, perchè si confonde desiderio, e libertà = (Lett. al Re di Prussia.)

Jam longe pariter abest, quod finium ac virium existentia aliquo modo Divinam offendant Majestatem, ut potius eandem exaltet. Nam si Deus vel sine ratione aliqua hominem creasset, vel eundem nullis viribus exornasset ad suos obtinendos fines, si primum, insipienter; si secundum, crudeliter. Quod si Deus ob fines aliquos hominem creavit, animadvertendum est hoc ex bonitate sua, non ex necessitate fecisse. Hinc merito scribebat Aquinas: = Deus qui est primum agens omnium rerum, non sic agit quasi sua actione aliquid acquirat, sed quasi sua actione aliquid largiatur: quia non est in potentia, ut aliquid acquirere possit, sed solum in actu perfecto, ex quo potest aliquid elargiri = (Cont. Gent. lib. 3. cap. 18.). A doctrina finium ac virium nec hominis libertas, nec Dei Majestas aliquid patitur; verum etiam adjuvatur homo, et Deus ipse honoratur.

Caput II.
De Finium existentium Quidditate.

Articolo I°.
Annotazioni Storico — Critiche —.

Num. Unico.

1.) Se questo argomento abbia relazione col Bene dell' Uomo

Nè la sola esistenza de' fini e forze è argomento, nel quale occupar si deve chi aspira alla cognizione delle cose indispensabili al pieno sviluppo delle umane potenze; ma ancora la Natura e Qualità che aver possono questi fini e forze dell' uomo esser deve oggetto delle sue più scrupolose indagini.

Diffatti poco basta osservare per riconoscere, che la natura dei fini ha la più stretta relazione, e la più decisa influenza sul ben essere dell' uomo. Imperciocchè non perfezionandosi una cosa qualunque, se non ottenendo i fini, di cui è capace, se non operando in maniera di congiungersi co' suoi fini, se non mercè non quali sienri, ma alcuni dati movimenti; egli è d' altronde indubitato, che diversamente agir si deve, secondo che diversi sono i fini. = Aliter Medicus operatur, scriveva quindi l' Aquinate, ad ægritudinem pellendam, et aliter ad sanitatem conservandam: (Cont. Gent. lib. 3. cap. 42. n. 2.). La natura poi, o qualità dei fini tanto importa che di là prende l' uomo assennato norma a' suoi passi: = E' la natura dei fini quello che in special modo regge l' Architetto nell' esercizio della sua arte; all' oggetto cui deve inservire la fabbrica, pone egli mente, e secondo quell' oggetto traccia egli i suoi piani, onde diceva Seneca: = Finis est regula cæterorum =

La stessa natura delle forze, la loro vivacità, o debolezza, il loro sviluppo rapido o lento, alleno stesse, secondo la diversità di lor natura, influiscono a un maggiore o minore progresso; onde l' Angelico medesimo osservava, che perciò i Medici, nel prescrivere medicine non solo riguardano alla natura del male, per torre il quale son chiamati; ma ancora alla complessione, riguardano, degli infermi & perciò notava = Omnis actus oportet quod proportionetur et objecto, et agenti = (2. 2. quæ. 26. art. 7.)

Perfezionandosi dunque le cose col toccare ai loro fini, ed avvicinando a questi con atti relativi alle qualità e forze loro; egli è evidente che l' argomento in discorso è intrinsecamente collegato col ben essere dell' uomo, e che lo studiarvi

o non istudiarvi sopra, egli è lo stesso che calcolare, o non calcolare una delle fonti principali della felicità dell'uomo. Il Filosofo Romano così vedeva l'importanza di rette cognizioni sulla natura dei fini, che arrivò a scrivere: = Cognitis autem rerum finibus, inventa vitæ via est, conformatioque omnium officiorum = (De finib.).

B) Se sulla qualità dei fini, e delle forze si pensi concordemente.

Ma se facilmente si scorge che la natura dei fini, e delle forze dell'uomo influir deve sul di lui progresso, sul di lui vero bene: non così facile si è il dire delle opinioni diverse in che si venne non già da uomini volgari, ma proprio dai dotti sull'argomento in discorso.

E' ben vero che vi ebbe e vi ha tra popoli Religione; e che quindi se da una parte si ebbe sempre l'uomo per capace di progresso, dall'altra parte pure parlandosi in generale, Dio è sempre stato considerato per arbitro della natura, la di cui volontà è regola di azione per l'uomo, e dei destini decide del medesimo. Ma allato di queste grandi verità che qual Sole hanno sempre illuminato il Mondo delle nazioni che non si ebbe detto, e non si dice mai da più d'uno?

Non mihi, si linguæ centum sint, oraque centum
Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas
Possim: — Virgil. Eneid. lib. 1.

Basti dire che i dotti dell'antichità pagana come altrove abbiamo accennato, in più centinaja di opinioni si erano divisi sul determinare quale fosse il primo motivo di agire per l'uomo, sul fissare in che consistesse il fine sommo ed ultimo dell'uomo medesimo. Quello che eccita meraviglia si è, che con tutta la luce, che sull'argomento in discorso si ebbe a spargere nelle più colte nazioni, mercè la diffusione dell'Evangelio, e con tutto il vanto, che si ebbe a darsi l'uomo de' suoi progressi filosofici dopo la comparsa della riforma, e dopo la introduzione nelle scuole del Sensismo, e dell'Idealismo, vennero mano mano richiamate a vita le principali opinioni dei dotti del Paganesimo.

Se Epicuro col suo gregge l'ultimo fine dell'uomo collocava nei piaceri del corpo, Elvezio con non pochi seguaci abbe insegnato lo stesso nel secolo passato e quello che è il più bello, Melchiorre Gioja, che moriva l'altro dì, e che menò tanto grido colle sue opere scientifiche, il sommo fine diceva essere: = La somma delle sensazioni gradevoli =. Se gli Stoici dicevano beato l'uomo nell'esercizio della virtù, quantunque l'esercitarla avesse avuto a costare il massimo dei dolori, Michele de Molinos nel secolo XVII. insegnò doversi obbedire a Dio, senza riguardo alcuno al proprio interesse. Se gli antichi Ellenici insegnavano che il fine ultimo dell'uomo consisteva nella speranza senza oggetto, nella illusione; Ugo Foscolo ha richiamato a vita

questo sistema. Se Aristotile coi Peripatetici il fine ultimo dell' uomo volevano consistesse nel ben essere del corpo, e dello spirito in uno stato di perfezione subbiettiva; questo sistema vennero più, o meno richiamando a vita tanto i Sensisti, quanto gl' Idealisti; appoggi: tando i primi la sorte dell' uomo alla influenza delle impressioni con mettere a regola di condotta i sensi; e volendo i secondi ogni sorta di principj non esser altro, che pure produzioni dell' intelletto, che tante emanazioni dello spirito umano. Che se la difficoltà di trovare in che poi consistesse il primo fine dell' uomo fu causa che gli accademici insegnassero, che l' unico partito da prendersi in ciò dai dotti si era quello di du: bitare; Cartesio tanto proclamato da' suoi ammiratori ebbe a chiamare questo stu: dio = Empia ed assurda presunzione di voler penetrare nei disegni della Provvidenza (Dugald Stewart. Comp. di Filos. mor. cap. 2. art. 2.).

E se tra Filosofi antichi vi ebbero Fatalisti, che la volontà dell' uomo predicava: no incatenata da influenze superiori, irresistibili; in questi ultimi tempi pure, do: po la comparsa della Riforma, si negò da parecchi la libertà all' uomo, e non è molto tempo che comparve alla luce un libro col titolo: L' Uomo macchina; e presentemente i Socialisti in Inghilterra son tanti Apostoli del Fatalismo. Se nel Paganesimo ebbero i grandi a far più calcolo delle forze animali, brutine che delle spirituali; nel secolo nostro presso molti che vi resta di perdere in tale materia? = Secolo di panche, di abbellimenti, di arti, di strade, di cose, piuttosto che uo: mini =, a ragione lo chiamava l' illustre Visconte De Bonald (Discors. prelim. sullo stato attuale d' Europa.). Questo secolo, avverte pure a ragione il Cav. Rosmini, è un secolo di dottrine materiali, abbandonate, vilipese, quasi annientate le scienze, che riguardano lo spirito, egli si è tutto applicato a coltivar quelle, che riguardano la materia. Tuttociò che si attiene alla quantità, alle matematiche, alle arti meccaniche, ai mestieri, al commercio, alle manifatture tutto fu con incredibile ardore studiato = (Filosof. della polit.). Ed il Romagnosi, che l' altro di fini di vive: re, tanto proclamato pel suo sapere, collocava il perfezionamento dell' uomo nel: lo = Sviluppo dell' intelligenza, e nell' incivilimento sociale =, quasi che la vo: lontà dell' uomo fosse da non calcolarsi.

Ah! Il professiamo solennemente: si hanno cognizioni verissime sulla na: tura dei fini e delle forze dell' uomo; ma a lato delle medesime una nube di errori innalzasi qua e là da gente ardita, che coperti del manto filosofico, da potersi perciò dire in questo rapporto il mondo delle intelligenze

Labirinto, in cui l' occhio effigiato
D' un piano regolar scorge il disegno
Campo fertile sì, ma ancor selvaggio. (Pope sull' uomo).

(C) Se tali dispareri ostare possano all' umana perfezione.

E difficilmente arriverà mai mente umana a tutto comprendere il danno che ai veri interessi dell' uomo ridonda da siffatta disparità di opinioni, riguardo alla natura dei fini, e delle forze dell' uomo.

Imperciocchè sviluppandosi le potenze cogli atti; e con la somma intiera di atti convenienti venendo a perfezionarsi gli esseri, tuttociò, che torna a render difettosi gli atti medesimi, viene a rendere, diremo, radicalmente impossibile la perfezione. Disordine che nel caso nostro non si potrà mai valutare in tutta la sua estensione, se non da que' soli, i quali la sorte avessero di conoscere chiaramente l' altezza dei fini a raggiungere i quali è l' uomo destinato con l' uso di sue forze. Cognizione a parer nostro, di cui se non mancano i più gran Genj, non l' hanno neppure evidente, essendo l' avvenire per l' uomo viatore un libro granfatto enigmatico.

Tuttavia, se dal poco talvolta si può argomentare il molto, diremo che dall' avere differente opinione sull' ultimo fine dell' uomo, ne viene, come notava il filosofo Romano, che pur deesi differire di tutta la filosofia Morale = Qui de summo Bono dissentit, de tota Philosophiæ ratione dissentit = (De finib.). Ed perciò, che richiamato a vita da Elvezio l' Epicureismo una piega spaventosa presero i costumi = «la sensazione fu pensiero, fu idea, fu verità, fu legge morale, fu diritto fu politica, incivilimento, progresso, fu tutto!» osserva l' Ab. Cav. Rosmini; e come il piacere fu principio alla morale degli individui; così l' interesse fu principio alla morale delle famiglie, e a un interesse più complicato si condusse la morale delle nazioni: interesse, che prese il nome di economia politica, quanto all' amministrazione esterna, e quello di ragione di stato quanto alle relazioni dei governi fra loro = (Filos. della mor. vol. 1. facc. 2.). E la demoralizzazione, che tanto conturba l' assennato osservatore, quel lusso che inghiotte le sostanze, quell' opprimer che fanno i forti i deboli che da lor dipendono; quello spirito d' insubordinazione, che mette in rivolta i figli contro i padri, i sudditi contro i lor Magistrati; gli stessi orrori della Rivoluzion francese, il sangue sparso di tanti Spagnuoli, e Portoghesi, e! questi ed altri disordini, con tutto che imponenti, non son tuttavia che un' ombra lontana dei danni gravissimi, che apportano alla specie umana i disparerì sulla natura dei fini, e delle forze, perchè l' uomo opera secondo le opinioni, a cui si affida, perchè nel bene, e nel male dell' uomo vi entra l' infinito. Verità, cui alludeva il Redentore del Mondo, in quella sua sentenza: = Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur = (Mat. 16. 26.)

Articulus II.

Finium ac Virium Natura examinatur.

Num. 1.

Naturæ finium inquisitio rationalis.

A.) Vocabulum finis plures habet sensus

Vocabulum **finis** varie sumitur, v. gr. pro termino (il punto è fine della linea), pro limitibus (l'Alpi e il Mare son confini dell'Italia), pro completione operis (la nave quando è atta alla navigazione è finita), pro consumptione (esausto il vino, dicesi finito), pro desitione (la morte è fine della vita), et pro una causarum.

Cum enim causa, a qua incipit motus, dicatur efficiens, et illa ex qua aliquid fit, dicatur materialis, et illa qua res fit dicatur formalis; finis etiam qui allicit, atque excitat aliquid agens ad agendum, et cujus gratia agens agit, merito dicitur causa, et quidem finalis, ut ab aliis distinguatur causis, e nella lingua nostra a ragione dicesi il motivo, il motore.

Sed hoc ipso sensu spectatus finis multiplex est; quodque refert scire ad omnem in oratione nostra ambiguitatem tollendam, dividitur primo in finem operis, et operantis. Finis operis est ad quem ex natura opus tendit; finis vero operantis est quem sibi ad libitum operans præfigit. Sic in eleemosyna subventio pauperis est finis operis; finis vero operantis aliquando Deus, aliquando vanagloria.

Finis operis subdividitur in naturalem, et supernaturalem. Finis naturalis est, qui vires naturæ non excedit; supernaturalis vero, qui sola divinæ Gratiæ ope acquiri potest. Sic sanitas, quæ per remedia naturalia obtinetur est finis naturalis, et beatitudo cœlestis, qua Dei gratia afficiuntur Cœlicolæ est supernaturalis.

Finis operantis pariter subdividitur in finem intentivum et formalem. Il primo nella lingua nostra dicesi ancora Mira, Scopo, Ragione, ed il Perchè. Operans enim antequam operetur aliquid ante oculos habet quod intuetur in quod tendit in quod intendens dirigitur, quodque ad instar Syderis stellæ polaris quasi regula est agendum. Unde Seneca dicebat: = Finis est regula cæterorum = Quando autem finis intentivus fuerit habitus, dicitur formalis, quatenus per ejusdem adeptionem operans plus, minusve entitatis obtinet: causa enim formalis est, qua res fit; ex quo patet finem hujusmodi formalem in se spectatum unum, ac idem esse cum fine intentivo, et totam differentiam a parte operantis. Unde mo:

neta, che si cerca e si trova, e quando si cercava, e quando si ebbe trovata non è che una cosa stessa; pure cercandosi era lo scopo all'operare, trovata è da lui posseduta.

Finis insuper operantis dividitur in objectivum et subjectivum. Finis objectivus differt tum ab intentione operantis, tum ab ejusdem consecutione. Aspira taluno alla dignità vescovile, e certo questa non è da confondersi coll'aspirare che si fa alla medesima, nè coll'ottenimento di essa. Questa dignità ella è quello che è in se stessa, indipendentemente dai desiderj dell'uomo come dal possesso che taluno può averla. Quindi può essere desiderata, e non desiderata; può essere bene o male usata, ella perciò nè perde, nè acquista. Finis autem subjectivus est aliquid ipsius operantis, veluti accidens, quod non est ens, sed entis. Quindi tuttociò che è subbiettivo, partecipando della natura del subbietto, se questo è limitato, è fragile; se non che fragili pure esser possono i suoi modi, i suoi accidenti.

Dividitur tandem finis operantis in ultimum et intermedium. Finis ultimus est, propter quem cetera volumus, ipsum autem nonnisi propter ipsum = (S. Aug. de Civ. Dei lib. 8. cap. 8.), quo adepto, omnis completur appetitus. Unde Tullius, S. Augustinus, et alii eum vocant Summum Bonum; Divus vero Thomas rite admodum illum vocabat: = Rationem operum = Finis autem intermedius est, quando aliquid utique volumus, ac in eum tendimus, sed non propter se, sed propter aliud, ut cum quis affligit corpus mortificationis amore ductus, ut tandem placeat Deo, afflictio corporis, et mortificationis amor essent duo fines intermedii, Deus autem finis ultimus.

B.) Homo finem ultimum habere debet.

Quibus præmissis dicimus hominem finem ultimum habere debere; quodque duplici comprimimus argumento

Homo, ut experientia constat prius intendit, et postea operatur; hoc est de ordine intentivo transit ad ordinem executivum. Ast si illo ordine intentivo non darentur nisi fines intermedii, quorum singuli ulterius ordinarentur, nec unus daretur finis ultimus quo mens hominis sisteret, tum de alio in alium sine fine intendere deberet mens hominis, adeo ut cum infinita non sit pertransire, nusquam ab ordine intentivo ad executivum tempus daretur transeundi. Cum igitur homo et intendat et operetur, consequens est ultimum hominis finem dari.

Præterea si homo vel invitus traditur vel ad sui ipsius conservationem, ad gaudium et ad veritatem, si hæc natura sua appetit, si his omnibus indiget, Deus solus fuit, qui illum sic constituit. Vel igitur dicendum est finem ultimum dari, per cujus adeptionem possint hominis desideria compleri; vel dicendum hominem propter ipsam Dei voluntatem cruciari ad desperationem usque: secundum absurdum: primum

esse verum. — Ex eo igitur quod homo quasquam velit intendat, ac vel invitus appetat, evidens est finem ultimum hominis dari debere.

2.) Ultimus hominis finis unicus esse potest.

Dicimus secundo unum tantummodo esse posse ultimum hominis finem.

Causa autem cur sic dicimus, haec est: quia si duo v. gr. essent fines ultimi, neuter eorum rationem haberet ultimi finis. Nam in tantum aliquid dicitur finis ultimus, in quantum omnia in illud referuntur, in quantum eo omnia collimant, in quantum propter ipsum caetera volumus. At in hypothesi duorum finium ultimorum, cum neuter aliud in se haberet ordinatum, neuter esset ultimus: ...

Praeterea = il tutto non si può mai dare fuori che ad un solo: ed è bellissima la sentenza dell' Evangelio = Nemo potest duobus Dominis servire = Mat. ?)

Igitur inter alios fines homo habere debet ultimum, et quidem unum.

Num. 2

Ultimus hominis finis existit

1.) Bona temporalia non sunt summum hominis bonum.

Ultimus autem hominis finis sive summum ejus bonum, bona haec temporalia, quae mundum hunc constituunt non sunt.

Experientia enim quotidiana constat, quod olim videbat verius D. Hieronymus = Voluptas quanto magis capitur, tanto plus utentibus sui famem creat = (in cap. 4. Ozeg). quodque D. Augustinus illis edocuit verbis = Plus egent homines, quanto plus habent. (in Psal. 29.). Ac veluti proverbium illa Rousseavii sententia haberi potest: = L'usar de' beni creati cangia natura, tosto che passa in abito cessa egli di piacere diventando un bisogno: è nello stesso tempo una catena di cui ci aggraviamo, ed un piacere di cui ci priviamo =

Sed non solum bona temporalia desideria non explent, quod proprium est finis ultimi adepti, verum etiam hoc facere non valent. Cum enim sint limitata et caduca, nec eodem tempore possunt a singulis possideri, nec possessores nos perenni afficere possunt gaudio. Unde Firmianus Lactantius dicebat: = Unicuique tantum deerit (ex eorum possessoribus) quantum caeteri possidebunt = (De ira Dei cap. XI.) D. vero Augustinus: = Quidquid mortale est, et caducum, non potest a nobis quando volumus, et quamdiu volumus haberi —

Bona igitur hujus Mundi, et quaevis alia, quae creari possent, dici non possunt summum hominis bonum: et Salomoni dicenti de iisdem: = Vanitas vanitatum, et omnia vanitas, et afflictio spiritus =; (Eccle. I.) bene convenio

Poeta noster illis versibus

> Parvemi miserabil vanitate
> Fermare in esse il cor, che 'l tempo preme,
> Che mentre più le stringi son passate. ..... (Petrarca)

(B.) Homo ipse non est ultimus sui finis

Nec homo ipse esse potest ultimus sui finis experientia et ratione hoc confirmante.

Experientia enim constat cor hominis sæpe numero veluti fastidio sui abreptum, per sensus, vel per contemplationem se ipsum relinquere in rebus a se diversis, solamen exquirens: unde Augustinus dicebat: = Cor hominis per creata vagans semper esse irrequietum =.

Præterea homo etsi inter omnes creaturas excellens, mortalis est et in dies et horas est morti obnoxius. Qui igitur hominem eligit veluti summum sibi bonum = similis erit stulto, qui ædificavit domum suam supra arenam = (Mat. VII. 27), quæ supervenientibus aquis ac ventis in eam irruentibus, cecidit.

Tandem si homo a se ipso regi deberet, si unusquisque suam rationem omnibus aliis anteponeret, quod dari deberet si homo propter semetipsum omnia faceret, tunc nullus ordo, nulla societas, nec ulla vivendi securitas esse posset. Quo in sensu contra homines sibi placentes in Divinis Litteris sequens sententia legitur: = Qui amat animam suam perdet eam = (Joan. 12. 25.)

Non solum igitur bona temporalia, quæ Mundum constituunt sed neque homo ipse, qui eisdem præstat, vel est vel esse potest ultimus sui finis.

(C.) Sed Deus solus est ultimum hominis bonum.

Verumtamen Deus Op. Max. ipse solus est Summum hominis Bonum, sive ultimus finis.

Qui enim Deum summopere diligunt benedictionibus dulcedinis afficiuntur præ omnibus illis, quas experiuntur mundani. Unde S. Augustinus tradebat: = Hæc est vera cordis requies, cum totum cor in amorem Dei per desiderium figitur, nec quidquam aliud appetit = (Manuale cap. 29.). Quocirca Blasius Pascal exclamat: = Se l'uomo non è fatto per Iddio, perchè non è egli felice che in Dio! = (Pens. [illegible]).

Quod porro ex Dei infinitate manifeste evincitur: Prima enim Causa primas habeat partes necesse est in omni genere causarum = [illegible] ragione sola infatti ne assicura, merito tradit Henricus De Bonald, che l'Essere d'infinita perfezione non può proporsi altri fini degni di Lui, che sè stesso. Se non agisse per sè, verrebbero violati i diritti della sua giustizia. Infinitamente superiore a tutto egli tutto a sè deve, tutto a sè rende = (Veri principj ecc.). Quod iterum dicendum est, eo quia Deus solus est qui tales homini inserit appetitus, qui nisi per adeptionem Summi Boni

exteri possunt: et Deus solus pariter est Bonum hujusmodi; ipse solus, ut Pascha[l] scribebat = È tale che tutti possono possederlo senza diminuzione e senza invidia = id.
... clariorem proinde sententiam illis verbis expressit Euripides = Divitiæ sapientibus, Deus; cæterum inania = Nec inferius cecinit Poeta noster:

O terreni animali o menti grosse,
La Prima Volontà, che è per se buona
Da se, che è sommo Bene, mai si mosse
E quinci appar, ch'ogni minor natura
È corto recettacolo a quel bene,
Che non ha fine, e se in se misura.
Però che il ben, ch'è del volere obbietto,
Tutto s'accoglie in lei, e fuor di quella
È difettivo ciò, che è lì perfetto.
Cotanto è giusto, quanto a lei consuona
Nullo creato bene a se la tira,
Ma essa radiando lui cagiona. (Dante)

Deus igitur est finis ultimus hominis, sive summum ejus bonum.

Num. 3.

Præcipuæ hominis potentiæ

1.) Diversæ hominis potentiæ indicantur.

Hic autem homo, cujus finis magnitudo tanta est, ut Deus solus sit ejus summum Bonum, diversi generis potentias habet, quas hic cursim indicabimus.

Ipse enim operando conservatur in esse, operando apprehendit suas mutationes, causas externas mutationum ipsarum, entia realia, et possibilia, veritates ac falsitates, ac sui ipsius apprehensiones cognoscit; operando insuper sese movet, aliaque a se habere nititur. Quod idem est ac si diceretur habere vires vegetativas, apprehensivas et appetitivas.

Sed hæc genera potentiarum alias sub se continent potentias. Nam vel seipsum nutrit homo, vel alimenta sibi comparat, vel sibi similes procreat et alit; quæ utique functiones cum differant inter se, a principio diverso fiant oportet: potentiæ enim sunt totidem operandi principia.

Pariter aliud est suas animadvertere mutationes, et aliud res a se diversas cognoscere: multum pariter different inter se apprehendere singularia per sensus, et apprehendere universalia sola mente, sensibilia enim et intelligibilia etiam maxime

distant ab invicem. Bruta ipsa sentiunt, nullatenus vero intelligunt. Praeterea quis erit adeo mentis inops, qui non videat aliud esse cognoscere hoc, vel illa, et aliud seipsum cognoscentem cognoscere? Cognitiones directe et cognitiones reflexe duo genera efformant apprehensionum.

Iandem aliud est appetere sine animadversione, sive per instinctum aliud est appetere secundum ea, que a rebus externis per sensum experti fumus, sive per spontaneitatem, hoc est per sensualitatem; et aliud est appetere eligendo juxta rationes verum, sive per libertatem.

Iandem si homo vegetando, apprehendendo et appetendo aliquas potentias activas quibus gaudet manifestat; verum aliunde et ipsum multis in circumstantiis pati, atque sic insuper potentias passivas, quibus quoque pollet, ipse patefacere. Dum enim a causis externis corpus suum afficitur, dum impressiones earumque causas memoria sua recipit et conservat, dum principiis per se notis illuminatur, dum sive bonis caducis sive spiritualibus excitatur; nam ita constituti sumus, ut per carnem voluptate affici, et per spiritum honestate possimus (D. Aug. de duab. animab.); in his aliisque circumstantiis non activa potentia, sed passiva exercetur.

Ex quibus perspicuum est, quantum sufficit, diversas hominem habere potentias

(2) Praecipua ejusdem potentiae.

Sed potentie hujusmodi alie aliis sunt praestantiores. Nam inter vires vegetativas nobiliores sunt nutritive, utpote que propius conservationem hominis respiciunt.

Inter vires autem apprehensivas nobiliores sunt intellectivae. Cum enim vires nutritive solum corpus respiciant anime unitum et vires sensitive praeter corpus anime unitum omne sensibile respiciant; vires e contra intellective adhuc universalius objectum respiciunt; ad omne enim ens sese extendunt

Inter vires appetitivas melior est inter omnes voluntas, cui omne bonum est desiderabile. Unde ab antiquis definiebatur — nunc intellectus volens, nunc voluntas intelligens. De aliis potentiis verba non facimus, hoc unum observantes, quod supra potentia activa quamcumque exsuperat passivam.

= La memoria e l'immaginazione sono tanto somiglianti al giudizio quanto la scimia all'uomo = (Tratt. Fisiolog. di G. M. Plane).

(3). Prima inter omnes potentia.

Prima autem inter hominis potentias est Voluntas, ob sequentibus de causis.

1° quia: = Bonum est objectum voluntatis, et non aliarum virium = (D. Tho. 1.2. q. 9. a. 1).

II. quia voluntas aliis dominatur potentiis; utimur enim aliis potentiis quando volumus (id. ib. art. 1.): III. quia voluntatis genus exercitio fit, ut homo auctor sit ac dominus suorum actuum.

Quo de re sic nudam scribit: = La volontà è la potenza, colla quale opera il soggetto intelligente: sol con questa potenza, ch'egli diventa autor delle sue azioni: senza di questa potrà bensì svolgersi una lunga serie di fenomeni; ma egli non sarebbe in certo modo, che la scena dove attori stranieri avrebbero giuocato, e dove tutto al più egli non sarebbe stato, che un semplice spettatore = (Rosmini Filos. della Mor. v. 1. cap. 1).

... Voluntas igitur hominis primatum habet inter omnes ejus potentias.

Articulus III.
Principales discutiuntur errores.

—

Num. Unic.

—

A.) Deus non est ultimus finis, quia naturam excedit.

Insurgunt adversarii dicentes, Deum esse non posse ultimum hominis finem, ex eo quod nulla datur proportio inter hujusmodi finem, et hominis potentias, cum Deus sine fine omnem exsuperet creaturam.

Sed falluntur: nam, ut loquamur cum D. Aquinate: = Eo ipso, quod facta est natura nostra ad Dei imaginem, capax est Dei per gratiam = (1. 2. quæ. 113. a. 3.) = Neque enim, ut cum D. Augustino insuper animadvertamus, homines omnes naturali instinctu immortales et beati esse vellemus, nisi esse possemus = (Cont. Jul. lib. 4. n. 19.)

Cum igitur homines rationales habeant naturam, omnes beatitudinem summopere desiderent, quæ in Deo tantummodo haberi potest, etiamsi nulla detur proportio naturalis, Divinæ clementiæ, et bonitati tamen munus dicimus honoris finem aliquam tamen per gratiam dari: unde psallebat Regius Propheta: = Gratiam et gloriam dabit Dominus = (Psal. 83)

B.) Deus non est summum Bonum, quia incommunicabilis

Iterum instant post Christianum Wolfium virum Protestanticum Deum non posse esse summum hominis Bonum, quia naturam habet incommunicabilem.

Sed errore instant: est utique verum Deum esse natura sua incommunicabilem ... in aliud converti non posse ... sua Ens absolutum, necessarium, et unum: sed non minus certum est in nobis, Deum ipsum, non utilitatis, aut

voluntatis suæ causa hominem creavisse, sed beneficio hominis ipsius: ideoque si propter suam necessariam unitatem, in aliud converti non potest; attamen propter infinitam suam bonitatem sibi ipsi unire ac conjungere valet. Quod satis superque sufficit hominibus, ad communicandum cum Deo suo, ac de Eo gaudendum.

c.) Voluntas non est prima potentia, quia aliis indiget potentiis.

Primatum autem voluntatis ex eo oppugnare sibi videntur, quod ipsam aliis indiget potentiis ad operandum

Nec nos diffitemur hanc voluntatis dependentiam ab aliis potentiis: admonitum tamen volumus hanc ipsam dependentiam cum suo primatu conciliari. Nam si nihil volumus, nisi postquam illud nobis cognitum, et nihil pariter obtinemus, nisi aliis viribus concurrentibus; certum est tamen nonnisi post voluntatis decretum et rationem et alias potentias executivas operari. = Ratio, ajebat Aquinas, vim habet movendi a voluntate, quia ex hoc, quod aliquis vult finem, ratio imperat de iis quæ sunt ad finem = (1. quæ. 82. a. 8.) Quod multo magis apparet de aliis potentiis executivis [illegible].

Adeo igitur voluntas prima est inter alias potentias, ut ipsa videatur opera = Rationis tamquam primi dirigentis; et aliarum potentiarum tamquam exequentium = (D. Tho. 1. 2. quæ. 16. a. 1.).

Atque hæc dicta sufficiant de finium ac Virium quidditate. Qui ampliora desideraret, ex se ipso studebit.

Caput III.^um

De eorundem Finium Ordine.

Artic. I.

Annotazioni Storico-Critiche.

Num. Unic.

) Se l'argomento in discorso riguardi il bene dell'Uomo.

Diciamo per ultimo che anche l'ordine, che vi può essere tra forze, e fini dell'uomo è un punto, che si lega col ben essere dell'uomo stesso.

E' vero, che l'ordine non è una qualità di più, la quale accresca l'entità o delle forze, o dei fini; ma una pura relazione, o rapporto di cosa con cosa: tuttavia essendo esso ordine il grado ed il modo di agire delle forze che le une di confronto alle altre spiegano nel tendere ai lor fini rispettivi; egli è chiaro, che esso ordine ancora ha una vera e reale influenza nello sviluppo e perfezionamento dell'uomo.

L'agricoltore avendo varie terre da coltivare, varie piante da allevare, se la sua arte, se il suo modo di operare, se i lavori suoi non istanno in corrispondenza alla diversa capacità di esse terre e piante, v. gr. alla fertilità in alcune grande, in altre debole, in alcune primaticcia, in altre serotina, egli gran fatto potrebbe al vento le sue fatiche, perchè appunto i rapporti delle forze da esercitarsi con i fini da ottenersi influiscono al vero sviluppo degli esseri.

Verità che l'Angelico accennava in quelle parole = Actum oportet proportionari objecto et agenti; ab objecto speciem habet, a potentia vero agentis habet modum intensionis -- (1. p. qu. 89 a. 6 in corp.). ed in quelle altre = In quolibet actu virtutis oportet esse modum, secundum commensurationem potentiæ ad objectum = (3. dist. 29. quæ. 1. ar. 1.)

Non solamente adunque la esistenza dè fini e forze, e la natura che hanno i medesimi, ma ancora l'Ordine loro concerne il ben dell'uomo. Con tutte e tre queste cose è legata l'umana perfezione: su loro, quasi su tre colonne egli è soltanto, che l'edifizio può alzarsi del vero incivilimento

3.) Se questo argomento vi abbia conformità di opinioni.

E fu questo punto col vero sviluppo dell'uomo evidentemente legato, Dio buono! quanta divergenza di opinioni, quante massime che si attraversano, e distruggono, quante contraddizioni ed errori!

Chi usa scarsi alimenti, e chi gozzoviglia; molti faticano, pochissimi amano di farlo; chi vuole l'uomo bastante a se stesso, per illuminarsi di suoi doveri senza maestri per guidarli, chi per [illegible]; chi vuol Rivelazione, chi la rifiuta; chi riconosce il bisogno di Podestà coercitiva per gli altri, e mal la soffre per se stesso; chi riconosce la sensibilità per sorgente di tutte le passioni, di tutti i malanni, chi la riguarda invece per fonte de' suoi piaceri; chi approva la mortificazione e chi la danna; chi ritien l'uomo convenientemente disposto e capace di bene, chi il riconosce infermo e viziato; chi calcola la forza delle abitudini, e chi nulla la considera.

Questo si conosce al fatto: questo è il segno, che indica la divergenza, e le contraddizioni, in che sono gli uomini per riguardo all'ordine delle forze coi fini.

Che se lasciando queste opinioni registrate nei libri, promulgate dalle cattedre, e fatte vivere da persone autorevoli, se invece si penetri col pensiero nell'interno delle famiglie, là dove la educazione fa l'uomo morale, là dove si gettano i germi e le massime, che un dì reggeranno la vita adulta; la somma delle divergenze e delle contraddizioni va a crescere in modo affatto spaventoso, ed umiliante da potersi dire a chi si accinge a siffatto esame come fu detto al Veggente Ezechiello: = Fili hominis, fode parietem ...., ingredere ... et videbis abominationes pessimas = (Ezech. 8.).

Tanta poca conformità di opinioni vi ha, secondo noi, nell'Ordine, che vi ha tra fini e forze dell'uomo.

C) Se il discorrersi sopra difficulti l'umano progresso

E ben si può credere, che da questo caos di opinioni, da queste proposizioni attraversantisi, da questi errori, non può venirne se non che male all'uomo medesimo.

Perciocchè essendo gli atti quelli che perfezionano le potenze, essendo le opere la via reale della perfezione, siffatti errori alterando le operazioni, vengono necessariamente a disturbare il vero progresso dell'uomo; tanto più, che questi errori serpeggiano e sporcano la prima via della vita morale, la educazione = Educatio et disciplina, diceva Seneca, mores facit; et illud sapit unusquisque, quod didicit =

Articulus II
Finium ac Virium Ordo inquiritur.

Num. Un.

A.) *Hominis potentiæ non sunt semper in promptu.*

Homo autem etiamsi voluntate donatus, quocumque tamen vitæ suæ tempore eandem non habet ad agendum capacitatem.

Etiam in potentiis suis sic proficit, ut primo puerescat, secundo adolescat, et senescat tandem. = In via generationis, ajebat S. Thomas, potentiæ animæ nutritivæ priores sunt potentiis animæ sensitivæ, et similiter est de potentiis sensitivis respectu intellectivarum = (1. qu. 77 art. 4). Quod si non eadem præcisione, belle tamen verbis illis tradit Joan. Bapt. Vico: = Gli uomini, ait, prima sentono senza avvertire; dappoi sentono con animo perturbato e commosso; finalmente riflettono con mente pura = (Princ. di Scienza nuova vol. 1. de' principj degnità 53.).

Quinimmo generatio subsequens superioris gratis hæres, a majoribus suis occasionem habet aut utilitatis aut detrimenti. = La specie ha i suoi progressi niente meno, traduceva Adam Ferguson, così bene che l'individuo: sopra i fondamenti, che la precedente età le ha lasciati, ella fabbrica per la seguente = (Saggio sulla Storia Civile cap. 1.)

Ex experientia igitur constat verum esse quod dicebamus, hominis nempe potentias non esse semper in promptu.

B.) *Cumque adsint, per se ipsas minime sufficiunt.*

Talis insuper est hominis conditio ut sibi soli relictus suos nullatenus obtinere possit fines.

Potentiæ enim nutritivæ alimentis indigent ad corpus alendum. = Vivere senza consumare non possiamo, ajebat de Rivière, la nostra esistenza è un perpetuo consumo, che la necessità stabilisce di alimenti = (L'ordine della società to. 1. cap. 1.). Quodque maximopere venit observandum, hoc est, quod = Voluntas est media inter rationem et concupiscibilem, et movetur ab utraque = (2-2 quæ. 55. a. 3); atque ita ut minus a spiritualibus alliciatur quam quod a corporalibus, minus ab æternis, quam quod a commutabilibus bonis.

Nec hic tota summa malorum. Nascitur enim homo sine cognitione ultimi sui finis. Hinc D. Augustinus tradidit merito = Ignorantia et infirmitas

sunt, quæ voluntatem impediunt ne moveatur ad faciendum bonum = (   ).

Etiamsi igitur hominis potentiæ adsint, non sufficiunt tamen ad perficiendum hominem.

c) **Per exercitium insuper sua immutatur virtus.**

Tandem ita constitutus est homo, ut quo plus suas exerceat vires, eo magis aliquid vel acquirant, vel deperdant ex eo quod erant.

Nam si vires appetitivæ inveniuntur aprime tales, ut huc vel illuc facile convertantur; multiplicatis tamen actibus, quædam generatur qualitas, ut facilius in consueta convertantur opera, quam quod in alia. Quinimmo experientia constat: = Quod ex hoc, quod aliquid inclinatur ad unum contrariorum diminuatur inclinatio ejus ad aliud = (D. Tho. 1. 2. quæ. 51. a. 1.).

Hinc quo plus spiritualibus inhæret, eo minus carnalibus delectatur: et vice versa quo plus carnalibus afficitur eo minus spiritualia percipit: = Animalis homo, ajebat Apostolus, non percipit ea quæ spiritus sunt Dei = (1. Cor. II. 14.). = La ragione, ipse Young tradebat, scema di forze in proporzione che si va dilatando l'impero dei sensi = (Let. 1. intorno al piacere). = Le facoltà intellettuali, dicit Melchior Gioja, perdono ciò che guadagnano le fisiche = (Ideologia to. 1. I parte S. Posta).

Atque hæc qualitas, per quam in exercitio vires hominis immutantur, dicta communiter consuetudo a D. Augustino merito appellabatur = Secunda, et quasi affabricata natura = (Lib. VI. de Musica cap. VII.); et propter nimiam propensionem, quam potentiis adjungit, a nonnullis cum Curtio dicitur: = Consuetudo natura potentior = (Lib. V.). Et: = Proverbium est: adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea = (Prov. 22.). Proindeque non sine causa invenimus dictum a Comite De Segur: = Le idee conformi nell'infanzia divengono opinioni, le opinioni abitudini, e le abitudini partiti = (Galleria polit. e morale to. 1.): et a Rousseau: = Si formano le piante colla coltura; e gli uomini con la educazione = (Emilio).

Sic hominis potentiæ per exercitium immutantur.

= Quanto magis anima a corporalibus abstrahitur, tanto = intelligibilium abstractorum fit capacior = D. Th. 1. q. 17. 11.

Articulus III^us

Aliqua objecta diluuntur.

Num. Unic.

A.) Homo cum existat, mas habebit potentias

Displicet adversariis, quod dicimus de homine nempe potentias non semper esse in promptu, hoc enim, dicunt, cum hominis ~~existentia~~ natura repugnat

Sed falluntur. Ipsæ enim plantæ quæ existunt, nec virescere, nec florescere, nec fructus ferre semper valent. Et contra experientiam quicumque conceptus habeatur de homine falsus omnino est. Ex his enim quæ fiunt dignoscenda est natura, non animo effingendo quid illa sit

Quod si hominis potentias non semper esse in promptu dicimus, hoc utique fecimus experientiæ innixi; proindeque perperam hoc dicitur cum hominis natura repugnare

B.) Cum a Deo sit homo ejusdem necessitates dicuntur excedere

Vellent secundo Adversarii nostri tenebras effundere super hominis necessitates ideo quia ipsis non apparet, quomodo miseriæ nostræ concilientur cum infinita bonitate auctoris nostri

Obbiezione veramente ridevole. Alle corte: o ha o non ha l'uomo bisogno di ajuti per svilupparsi; qui non c'è scampo. E l'esperienza continua ha risolto il quesito. Solo perchè la tendenza maggiore alle cose di senso disturbo l'umano progresso e ci aggrava di miserie, che con la giustizia e bontà di Dio, senza altro supper nell'uomo, non si concilierebbero, si vorrebbe che questa tendenza non fosse una cosa di fatto. Ma quando anche nessuna ragione si potesse trovare nell'uomo tutta sua propria, sarebbe egli perciò ragionevole disconoscere un fatto evidente? Certo che no!

Per altro riconoscendo l'uomo sin dal suo nascere reo di colpa, come altrove abbiamo fatto si ha il doppio effetto, di stare cioè al fatto, e di rispettare in pari tempo i Divini Attributi senza aver da rinunziare a verità certe, perchè restano difficoltà da superarsi.

C.) Si homo liber, cur tanta est consuetudinis vis?

Indoles consuetudinis, qua hominis potentiæ per exercitium informantur, est tandem illud quod displicet adversariis.

Vellent enim in dubium revocare maximam illam consuetudinis vim, de qua superius verba fecimus, ne per ejusdem admissionem hominis libertas periclitari cogeretur.

Sed perperam hoc satagunt: nulla enim sunt argumenta contra experientiam. Praeterea si quis mola asinaria circumdatus ex se ipso, etiamsi postea incedere nequiret, non tamen conditio sua libera suscepta cessaret esse voluntaria, qui enim est causa causae est causa causati. De caetero quaecumque sit consuetudinis vis, homo libertate sua utens, non diminuere tantum, sed etiam prorsus eam eradicare potest.

Conclusio

Qual dunque non si vede esser l'uomo! Se dalla Cosmologia, dall'Antropologia, e Teologia risultava esser l'uomo la creatura più nobile, che vi avesse in terra; sotto un aspetto più grandioso e sublime compariste egli per la Teleologia.

E' vero che qui in terra pigliasi piaceri, e si gode; e che stringe egli uno scettro, e da Re vi esercita impero: ma questo non è che un lato della sua vasta scena, dove si arrestano i Materialisti, e si avvilisce Filosofia. Dotato esso uomo di un cuor generoso, desiderosissimo, i piaceri di questo Mondo il lusingano, nol saziano mai. In Dio solo che lo ha creato per se, in Lui solo può esser felice e se per la via de' sensi i beni di terra cercano di affascinarlo, per la via dello intelletto questo sommo vero gli sfolgora innanzi con raggi di luce indeclinabile. Per conseguenza questo Re della terra è egli pure destinato a regnare eternamente; = Tratto dal nulla egli va all' infinito = (Pascal)

Che se per la via dei sensi gli si apre dinanzi un campo seminato di piaceri limitati, incerti, sfuggevoli, e per la via dell' intelletto gli si spalanca un campo illimitato, luminoso ed eterno di godimenti; a differenza dei bruti padrone egli de' suoi atti, appigliasi a quella delle due vie, che vuole. Però questa sua volontà ha per piedestallo sensi nutritive, dipendenti da cose esterne; ha per sua guida la ragione, che comparisce ignorante [sorchiuera] alla luce di questo Mondo; ha per suoi satelliti appetiti corretti, viziosi, e capaci di piega pericolosissima.

Ecco il punto di vista, in cui si vede l'uomo mercè lo studio della Teleologia.

26. Marzo 1841.

B. V.

Piccologia.
1840–1841.

Dicеologia
sive
Tertia Philosophiæ Pars.

Prefazione

Omnium rerum principia parva sunt, sed suis progressionibus usa, augentur = (Cicer. V. de finib.)

Numero Unico

A.) Che da noi intendasi per Diceologia.

Se l'anno p.º p.º scolastico nel secondo semestre nella Fisiologia abbiamo, per quanto le circostanze nostre il comportavano, parlato del Mondo, dell'Uomo, di Dio; e se nel primo semestre del corrente anno nella Teleologia trattato abbiamo della esistenza, della natura, e dell'ordine dei fini e delle forze dell'uomo; in questo secondo semestre ci resta da esaminare e conoscere quello che in aggiunta deve essere, affinchè possibile sia la perfezione di nostra specie, affinchè possa l'uomo pienamente svilupparsi.

A questo mirar deve lo studio che ci resta per conto della filosofia, e nella ricerca appunto, e nella cognizione di ciò alla consiste la Diceologia, terza ed ultima parte del trattato nostro filosofico. Studio e ricerca abbastanza ancora indicata dalle radicali Δικεος e λογος, di cui essa componesi.

Studio antichissimo, quanto è la filosofia avendo sempre di mira l'uomo il suo miglioramento: studio che i Greci indicavano col semplice nome di Etica, che i Romani ebbero a chiamare = Disciplinam morum =, o anche Trattasi = De Officiis =, delle cose cioè da farsi (Cicero); e che di poi indistintamente si ebbe ad intitolare ora Etica, ora Morale.

